

Vg
547



CEK. 201. 27

Vg
547



ADVERSVS

CVCVLLATVM MINOTAV
rum Vuittenbergensem, Io. Cochlae-
us de sacramentorum gratia, iterum.

Criminationes Lutheri, quibus ex ordine
hic respondetur, particulatim singulis re-
sponſionibus ex industria praetexuimus:
ut aequus iudex, re aequa lance expesa, co-
gnoscat, omni Minotauro non deesse su-
um Thesea.

Anno M. D. XXIII,
mense Iulio.

8.



s. bis.


ix.





Pio lectori Iohannes Cochläus.

Tardius editur hæc mea qualisqualis responsio, Candide lector, non eam sane ob causam, quæ difficile aut arduum uisum fuerit, tam futili & uaniloquæ criminationi Lutherianæ rñdere, sed quæ tanta est ubique fere, per bonam superioris Germaniæ partem, Lutheranoꝝ improbitas; quæ nobis pro ecclesia et fide catholica pugnantibus, plus difficultatis & impedimēti obicit & ingerit, quàm Lutherus ipse: ut mihi primū difficile fuerit, criminationem illam uidere, uisam deinde ultra diem unum retinere non licuit. Effeci tamen, ut eam nepos meus protinus die uno excriberet. Exscriptam mox altero die in manus arripui, uidi, legi, risi, reprobauit, flagellauit, modisque non tam theologo quàm ipsa dignis tractauit. Quomodo enim honeste aut serio tractari queat tam scurrilis & histrionica nugarum conuiciorumque deblacteratio? Cæterum rñsionem meam protinus transmisi typographo meo, qui priorem librum meum, cui Lutherus rñdere conatus est, de gratia sacramentorum hyeme transacta excuderat. Et certe paruisset ille quæ primū uolūtati meæ, nisi a suis eēt censoribus prohibitus: sed uiderint illi, quid aliquñ deo hominibusque rñdeat, qui tam sacrilegā Lutheri criminationē apud se denuo edisunt: meam uero defensionem, quam ius omne, etiam naturale concedit, edi non sinunt. Tu quæso lector pie, hæc qualiacumque æquo lege animo, & multo plura atque etiā meliora deinceps expecta, quæ propediem doctissimus uir Iohannes Fabri, & ego clientulus eius, alijque, haud ita pauci aut indocti, ut Lutherani putant, edemus, contra tot absurdas & male renouatas, a Luthero uiclephicas impietates. Bene uale lector amice in fide catholica, & leuiusculam hanc rñsionem imputa leuissimis bacchanalibus Lutheri. De cætero nō sic permouebit me leuitas eius, ignosce precor his motibus primis. Iterum uale. Ex Francofordiâ quarto nonas Iulij, Anno a Christo nato, M. D. XXIII.



Guilielmo Nefeno suo, M. Lutherus gratiam & pacem in Christo.

ARma uirumq; cano, Mogani qui nuper ab oris
Leucoream, fato stolidus, Saxonaq; uenit
Littora, multum ille & furij uexatus & œstro
Visceterum, memorem ratorum cladis ob iram
Multa quoq; & fatana passus, quo perderet urbem
Inferretq; malum studijs, genus unde malorum
Errorumq; patres, atq; alti gloria papæ.

Vilhelmo Nefeno, Ioh. Cochleus bene agere, & ad Christum redire.

Monstra bouemq; cano, Boreæ qui primus ab oris,
Teuthonicas terras profugus conspurcat, & omnem
Sub specie monachi uiolat pacemq; fidemq;
Vi fatanæ, sæuis furij sagitatus, & œstro
Diræ Thesiphones, ultrici anathemate pœnas
Exposcente, furit, mugitu uastus inani.
Semiuiui lacero sub semibouisq; cucullo.

Ecce Nefene, non solus Minotaurus tuus uersifex est, sed & ego
puer olim uersus cudere didici, tanto nimirum sanctius, quanto
præceptoribus meis meliorem, q̄ ille, gratiam refero.

Martinus Lutherus.

Si ineptire uideor tibi mi Guilielme, pro istis bacchanalibus,
cogita q; tu mihi autor es huius ineptiæ satis imperiosus, q; me
tali homini cogis respondere, quem præ morbo animi iam du-
dum mente captum esse, non solū tu belle nosti cū tuis Franco-
fordiensibus, sed & ipsemet libellum hunc nulla uidetur causa
edidisse, q̄ ut maniam suam testatam faceret orbi.

Iohannes Cochleus.

Cur aut tu illi tam imperiosus (ut scribit) ineptiæ autor fue-
ris, ut nō solum pueri uarijs agnominibus in me fuerit bacchās
& histrio, sed & Francofordianos nō os inuidiosa calumnia suis
immiscuerit bacchanalibus, libenter pfecto ex te audire uelim.
Non sum em̄ ullius mihi in te offensæ cōscijs. Sed & Francofor-
dienses nō i longe melius de te meriti sunt, q̄ ut autore te traduci
debeant per bacchanalia Minotaurica. Ante oīa igit̄, ciuitatē *Veros Franco*
hanca calūnijs uestris orbi Chriano purgare & excusare, opere *fordienses non*
p̄tiū uideit̄. Ne q; existimet eā cū dānatis hæreticis infamibusq; *esse Lutheria-*
apostatis, cōtra catholicā eccliam eiusq; fidelia mēbra, p̄fide sen *nos.*
tire: quæ iam ultra. DCC. annos fidē Ro. ecclia (a q̄ uos leuissi-
me, ob nullā cām iustā, p̄ summū scelus, in æternā animarū uestra
rum dānationē deficitis) secuta est semp, & quidē religiosissime

Conciliū Fran-
cofordiæ cele-
bratum anno
794.

a temporibus Caroli Magni ad hæc usq; tempora Caroli Quin-
ti, qui ante quatuor fere annos hac in urbe Cæsar electus est: &
in ecclesia, quam Carolus. I. fundauit, ad populum solēniter de-
nuntiatus. Adeo nanq; fideliter tenuit semper fidem & insti-
tuta sedis Apostolicæ (quam uos barbarico mugitu blasphema-
tistota die) ut etiā dum adhuc uilla diceret, sub Carolo Magno
promeruerit habere conciliū, in quo Felicianā hæresis (quam
& uos nunc renouatis uestra in spelunca) de tollēdis sanctorum
imaginibus, legitime damnata fuit, uti damnauerat eam paulo
antea Niceæ septima synodus uniuersal. ccc. episcopoz; subscri-
ptione & sententia. Ita enim legimus in antiquis Caroli illius an-
nalibus; Rex in Franciam reuersus, celebrauit natalem domini
apud sanctum Kilianum in Vuirzburgo, iuxta Mœnum fluui-
um, Paschalis uero festi solennitatem super eundem fluuium in
uilla Franconofurt, in qua & hyemauerat. Et mox in sequenti
capite ita subditur: Anno domini, DCCXCIII. Rex ad conde-
mnandam hæresim Felicianam, æstatis initio, quando & gene-
ralem populi sui conuentū habuit, conciliū episcoporum, ex
omnibus regni sui prouincijs in eadem uilla congregauit. Affue-
runt etiam in eadem synodo legati Ro. pontificis, Theophila-
ctus ac Stephanus episcopi, uicem tenentes eius a quo missi fue-
rant Adriani Papæ. In quo cōcilio & hæresis memorata conde-
mnata est, & liber contra eam communi episcoporum autorita-
te compositus, in quo omnes subscripserunt. Synodus etiā quæ
ante paucos annos in Constantinopoli sub Irene & Constanti-
no filio eius congregata, & ab ipsis non solum septima, uerz etiā
uniuersaliserat appellata: ut nec septima, nec uniuersalis habere
tur diceretur ue, quasi superuacua in totum ab omnibus abdicata
est. Mortua est ibi Fastrada regina, & Moguntiaci apud san-
ctum Albanum sepulta; Hæc ex annalibus. Vides Nefene,
quanta pietate hæc ciuitas, etiam prius q̄ ciuitas diceretur, auto-
ritatem Ro. Pontificum sub Carolo Magno (quo non alius fuit
aut sedis Apostolicæ obseruantior, aut in bellis fortunatior) se-
cuta fuerit. Ostende tu, si potes, ubi unquam pietatem istam abie-
cerit, aut sese a Ro. ecclesia per ullam hæresim separauit. Cur au-
tem diceret me (ut ex ore tuo mentit̄ Saxonicus uitulus) aut mē-
te captum, aut cor non habere, nec cerebrum? Quid enim hic fe-
ci aut facio, propter quod tam insigniter stultus & amens tibi es
se uideor, nisi q̄ contra Minotaurum tuum iam ultra biennium
scripsi scriboq; & scripturis rationibusq; solidissimis impietates

At uere uni-
uersalis & se-
ptima synod^o
Niceæ hita ē.

Calumniā Lu-
theri in Fran-
cofordienses

eius conuincō, eumq; nunc omnibus, nunc etiam sibiipsi contra-
rium redarguo. Dic quæso, quid habeas aduersum me aliud.
Ego certe confidenter dico & tibi (qui Francofordiensis nō es)
& omnibus ac singulis Francofordiensibus nostris, id quod Sa-
muel antiquitus dixit filijs Israel: Conuersatus coram uobis ul- *1. Regum. 12.*
tra triennium, ecce præsto sum. Loquimini de me coram domi-
no, & coram Christo eius, utrum bouē cuiusquam tulerim, aut
asinum, si quēquam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de
manu cuiusq; munus accepi, & contemnā illud hodie, restituāq;
uobis. Hæc dico Nefene, non quidem ea ratione, ut Samueli aut
innocētia, aut autoritate par haberi uelim, sed ut intelligāt Fran-
cofordienses nostri, te uitulūq; tuum nequiter famosam ipsi
de me calumniam mendacissimo figmento ascribere, tanq̄ im-
piæ factioni uestræ magis ita faueāt, q̄ communioni sedis Apo-
stolicæ, cui me communicare debitūq; honorem & obediēti-
am exhibere uident. Minime enim tam leues aut stulti (credo)
sunt, ut leuibus & aduentitijs poetis, p̄fidisq; & excucullatis apo-
statis, magis adhæreant aut plus credant, in ijs quæ ad fidem reli- *Quantis iudi-*
gionemq; & animarum salutem spectant, q̄ Bullæ & diffinitio- *cijs damnatus*
ni sedis Apostolicæ, q̄ sacris Conciliorum canōibus & decretis, *est Lutherus.*
q̄ Cæsaris & omnium Germaniæ principum (in quos nup̄ men- *Luthe. in li. cō-*
dacissime scripsit semicucullatus bos tuus, sibi uiolatam ab eis es *tra regem An-*
se publicam fidem, eosq; nihil nunc magis q̄ fidem contemne- *glia.*
re, in perpetuam nationis ignominiam) sentētiæ Vuormaciēn,
q̄ celeberrimarum Vniuersitatum determinationibus, breuiter
q̄ omnium totius orbis Christiani nationum gentiumq; & po-
puloꝝ communi per totam ecclesiam catholicam tot seculis con-
sensui. Mentitur itaq; bacchans ille uitulus, mentiris & tu Nefe-
ne, qui eiusmodi in me calumniæ de Francofordiensibus illi au-
tor es mendax. Nihil habēt aduersus me Francofordiēses mei,
tui non amplius, qui ad eos post hanc calumniam, nunquam ho-
neste redire poteris.

Martinus Lutherus.

Quid enim est iactare arma uirorum, nisi inania? scilicet post-
quam per me dominus, papam, episcopos, monasteria & acade-
mias, totumq; illud corpus Behemoth, non solum percussit, sed
& pene iam palam traduxit per orbem. Illa tandem festiua &
festina testudo arma requirit.

Iohan. Cochlæus.

A iij

*Stulta Lutheri
presumptio.*

*Luth. de abro
ga. Missa.
Taurini ge-
stus Luth.*

Vir. 3. Geor.

*irrisio ira Lu-
therica.*

Nunc tempus & ordo responsionis exigunt, ut bacchanti uitulo tuo non nihil respōdendo retribuam. Ait glorie sus iste Minotaurus tuus, sero iam a me requiri arma, postq̄ dñs per ip̄m nō solum percussit, sed etiam palam per orbem traduxit papam, ep̄scopos, monasteria, & academias & c. Rñdeo: Maniaca furentis huius uituli iactantia mihi sæpe, uel in media indignatione, cachinnum excussit, quotiescūq; sensi eum plus q̄ pueriliter ac stulte, atq; adeo plane maniace, putare, q̄ ubiq; per orbem terrarum uictor papæ, & uerus euangelista haberet: si qñ aut scurrili cōuicio, aut falso scripturæ interpretamento, aut uastro mēdacio, aut inani multæ uerbositatis nugamento, aut seditioso falsæ libertatis fūco, commouisset mobile uulgus in fauorem sui: si ad sacrilegium aut impietatem nouam concitasset leues suos poetas, sciolasq; literarios, si ad res nouas pellexisset inquietos Catilinas, si ad bona clericorum inuadenda impulisset auidos & truces centauroꝝ, Lapitharum, pauperum Cunciorum, Karsthansiorū, & quicquid obæratæ plebis ē, animos. Tum certe minax iste Minotaurus simul cū cornibus decaluatis, uirulinam in nos caudam erigebat, tum rugiebat ut leo, & dicebat: Quis non timebit: tum grandifono intonabat cōuiciorum fragore, & putabat cœlum & terram anserino illo sibilo suo terri, concuti, locoq; moueri. Tum deniq; uerum agebat iratus taurum, qñ publica nota inurebat taurinæ eius fronti, uel per bullam pontificis, uel p̄sententiam Cæsaris, aut per Vniuersitatum determinatiōes, ut sic in memoriam nobis reuocaret hæc Vergilij carmina:

Et tentat sese atq; irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco, uentosq; lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena. Atque immane sonat, mō latine, mō teutonice, nunc execrat bullā, nunc diris im-
p̄catiōibus ī tartara deijcit sedē Ap̄licā, iam oīno papā eē negat,
iā caput illi a sese amputatū esse iactitat. Hic iaces (inqt) Leo, nūc
barbam tibi uellicant catuli & mures. Quem igitur non terreāt
tam horrendi tanti uituli mugitus? An feret uictor iste Mi-
notaur⁹ inultū, sese mugitusq; suos, & robusta cornua, uiresq;
toti Behemoth (ut ait) insupabiles, quibus terram tremefacit &
ipsum quoq; cœlum, ita contemni ab una paruula & infirma
Cochlea: ut ausit aduersus eū, post tantas ubiq; editas ab eo stra-
ges, quando undiq; plurima mortis imago est, arma tandem re-
quirere? Non feret profecto, sed proteret miseram mox uno de-
xtræ unguis ic̄tu, ut non memoret nomen Cochleæ ultra.

Martinus Lutherus.

Papa sentit uulnus, Papistæ querunt suum casum, & undique plurima mortis imago, & ille negat mihi esse arma: immo ut cū infano cerebro insaniam, Si non fuerūt mihi arma, quid sic plorat: quid gemit: quid eiulat testudo ista, tanta per me esse facta: Cur queritur tanto ululatu, Philippum esse a me perditum, quē tanti facit: Si hæc stipulis & plumis effeci, aut solis, q̄ insanit, conuicijs, cur tanto impetu armorum in me surgit: cur non contemnit Hector iste tam puerilem & muliebrem Lutherum.

Iohan. Cochlæus.

Sed cum licentia domini uituli, quæro ex te Nefene prius q̄ totus conterar. Quomodo nunc papa sentit (ut gloriatur in malicia sua tuus iste uitulus) uulnus, cui ante biennium caput amputauit Lutherus. Esto autem q̄ truncus auulso capite post biennium adhuc sentiat. Cum dixerit idem Lutherus in assertionibus suis, papam esse ens fictum in mundo, & neq̄ esse neq̄ fuisse, nec futurum quidem esse. Quomodo nunc dicit ineptus iste uitulus contra Lutherum patrem suum, papam sentire uulnus: Nunquid res mere ficta sentit uulnus: O uanissimos & mere umbratiles & uerbales bellatores, qui stultissime putant, in fucō allegationum conuicioꝝq̄ stridore tantam consistere uim, ut per eam possint expugnare ecclesiam dei, super petram solidissime constructam. Quamuis igit̄ infirmum per se reptile sit Cochlea, habet tamē alicubi tam firma, quibus integit̄ ac secure latet, arma, ut nulla uituli taurive, ne equi quidem (etiam si Bellerophontis esset) ungula confringi aut perrumpi queant. Ita & ego per me ipsum infirmus, & nullarum mihi uirium cōscijs, talibus me armis aduersus uituli tui ungulas muniui, ut sub eorū umbra & protectione, tantam ultra biennium fidutiā semper habuerim, habeoq̄ adhuc hodie, q̄ uana mugientis uituli terriculamenta, & & præstigia uerbosæ iactantiæ, nequaquā timeo. Arma namq̄ mea sunt (uti uidere licet in libello, cui uitulus respondere magis uoluit q̄ potuit) æterna ueritate (quam uentosa uituli lingua, halitusq̄ quantūcunq̄ inflatis buccis tumidus, mihi nunq̄ e mente & fide mea exufflabit) stabilita. Verba inquā dei patris, uerba Christi, uerba Iohan. baptistæ, uerba Petri, uerba Pauli, Iohannis, Iacobi, Dionysij, Ignatiij, Polycarpi, Cypriani, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, Ro. pontificum, conciliorumq̄ sacrosanctorum, gratiam baptismi attestantium, planis & expressis uerbis,

Papa sentit
uulnus

Luth. in asser.
ij. art.

Cochlea secura
sub armis.

Arma Cochlei de gratia sacramentorum

*Qualis respon-
sio Lutheri.*

Matth. 24.

*Ridicula iactā-
tia Lutheri.*

*Histrionica ar-
ma Lutheri.*

*A mimis quo-
q; ridetur Lu-
therus*

Quid obsecro ad minimum istorum respondit uitulus tuus? Quid inaniter blaxterat de sola fide, de q̄ neq; articulus eius, neq; titulus & argumentum libelli mei faciunt mentionem, Sed hoc eius paradoxum, postea latius uentilabo. Licet igitur infirmus sim in memetipso, obieci tamen ferocienti Minotauro tuo arma omnium firmissima, quæ nunquam transibunt, etiam ubi cœlum & terra transierint. Cur igitur illis nō opponit bubula cornua sua uitulus? Cur non tentat saltem? Recenseat saltem, si repellere diffidit omnia mea, quæ ex uno Paulo in eum contorsi, iacula, & ea quidem de unius duntaxat sacramenti, baptismi scilicet gratia, quā apostatice negauit in suo articulo. Tolle ex hac eius responsione agnomina, scommata, iactantias, conuicia, blasphemias, mendacia, & uana de sola fide nugamenta: quid obsecro reliquum erit, quod responsione dignum uideri queat? Certe non responderem ad ista, nisi adiecisset fucatam excusationem super crimine falsi, de quo eum iam propria confessione reum & cōuictum teneo. Fatetur enim, hanc uocem, sola, a seipso ad uerba Pauli adiectam esse. Qualis autem sit eius excusatio, postea uidebimus. Iam, quis non rideat magniloquam hanc eius iactantiam: Papa sentit uulnus, Papistæ querunt suum casum, & undique plurima mortis imago, & ille negat mihi esse arma? Ego uero ei histrionum & meretricum, pestilentiumq; Barrabarum, atq; in clades patriæ coniurantium Catilinarum, arma esse nunquam negaui; immo sponte confiteor, illorum armis unum hunc Minotaurum plus ualere, q̄ ualuerint omnes per mille retro annos histriones, meretrices, hæretici & apostatæ. Sed ego eiusmodi arma in causâ catholicæ pietatis non timeo. Sentit quidem papa uulnus, at non suum (In quo enim nocuerunt hæctenus eius dignitati, uanissimi huius uituli mugitus?) sed suarum ouium: earum sane maxime, quæ in superiore Germania huic Saxonico Api, aures oculosq; & mētem, in æternam sui damnationem, contra Leonis, X. papæ, & Caroli, V. Imperatoris interdictum, contumaciter accommodant. Sed neq; papistarum ullum adhuc uideo, huius uituli impulsu, casum, Stant Curiales adhuc diuites, uiuunt adhuc laute, possidēt adhuc multa beneficia. Et circūferebat hac hyeme, nescio quis, Mimicus libellus, de diaboli abbatis & Curtisani colloquio, in quo querebat diabolus, plus noceri sibi per unam regulam seu constitutionem huius papæ Adriani, VI. q̄ nocitum sit sibi hæctenus per omnes libros Lutheri. Videtis ne iam miseri, q; & mimi grandisona inaniū

uerborum portenta uestra contemnere & ridere incipiunt. Quid
q̄ Erasmus quoq̄ Roterō, cui hac tempestate meritam tribuunt
omnes eruditionis palmam, in hæc uerba irridet in quadam epi
stola Saxonici huius uituli conatus furiosos: Egregius (inqt) uin
dex euangelicæ libertatis, quam ita tentauit, ut uerear, ne p̄ sim
plici iugo geminum sit nobis ferendū. Cæterum iactatio eius
de plurima ubiq̄ mortis imagine, partim ridicula, partim scele
rata est. Ridicula sane ijs quos tantopere impugnat. Cum fateat̄
ipse paulopost, minus sibi q̄ nobis tutum esse, quando a me petit
ut eam Vuittenbergam, aut uocem ip̄m in locum tutum. Scele
rata est uero propter seditiosos tumultus, quos ipse nefarijs libel
lis inter Germaniæ populos flagitiosissime exuscitare conatur.

*Erasmus ad
Bern. theol.*

*Plurima mor
tis imago.*

Hoc illud est Nefene quod ingemisco, quod deploro, non da
mna mea, quæ ab illo adhuc nulla prorsus pertuli, deo sint gra
tia. Post uanitates enim & impietates eius nunquã abijt anima
mea, nec unq̄ respexit retro cor meū ad insanias eius falsas. Sed
neq̄ in corpore adhuc aut in re familiari nocuit mihi quicquam.
Et si in his noceret, ego propter Christum & ecclesiam eius hæc
omnia, uelut stercora, æstimare decreui. Vana est igitur eius su
per ijs iactantia.

*Quid sic plo
ret Cochleas.*

Martinus Lutherus.

Deinde siquid reliquum in eo esset salui cerebri, secum cogi
tasset proculdubio fortunam hæctenus aduersus Lutherum bel
lantium, quibus ne calcar quidem tangere posset, ut aiunt, Cocle
ar istud. Eccius certe in scholasticis erroribus incomparabilis ad
dñm Coclear, deinde & pontificijs bullis & uiribus, cōsensuq̄ to
tius Behemoth in me grassatus, nihil nisi ignominiam reuulit.
Hoc sine armis factum gloriei popinarium istud Coclear, Phar
rhisiensis academia sic sese traduxit in hac caussa, ut immortalis
sit impiissimæ ruditatis eius infamia. Et oportuerat sane domi
nū Coclear, si sapuisset, æstimare, quid una testudo cum suis fugi
tiuis cornibus tentet, aduersus illum, quem Pharrhisiē, Loua
nienses, Colonienses, Romanenses, & quicquid est uirium in cor
pore papæ, superare non potuerunt.

Iohan. Cochleus.

Sed multo adhuc uanior & impudētior est ista iactantia eius,
qua gloriatur, neminem hæctenus ipsum superare potuisse, pro
inde me debuisse cogitasse fortunam bellantium hæctenus cōtra
Lutherum, quibus ego ne calcar quidem tangere queam. Scili

*Quoties supe
ratus ē Luth.*

B

cet nondum superatus est maniacus iste uitulus, quem Christi uicarius a corpe Christi iam pridem præcidit & satanæ tradidit. Quem Cæsar, omnium Imperij statuum consensu, uelut hæreticum, proscripsit & infamē reddidit. Quem præcipue totius orbis Vniuersitates p hæretico declarauerunt. Quem deniq; pleriq; doctissimi uiri editis libris, ut falsarium scripturæ, ut erroneum interpretem, ut ineptum disputatorem, ut impium conciliorum canonumq; præuaricatorem, manifestissime conuicerunt.

Et ego postremus, ac omnium minimus, tanq; abortiuus, hoc primo congressu, editis hac hyeme libellis quatuor, eum ostendi toties contrarium sibi ipsi, toties falsarium, toties male inferentem, Atq; toties dolis & malis artibus populum seducentem, & iurgia seminātem deprehendi, ac manifeste traduxi, ut nullo unquam tempore, nullo fuce tot maculas infames diluere queat.

*Nemo unquã
sepius supera
tus quã Lut.*

Et tñ audet os impudens iactare, sese hætenus a nemine superari potuisse. Quis oro unquam aut sepius aut manifestius in orbe Christiano superatus legit? Quoties redarguit eum uarijs libellis Emserus? Quoties per quinque libros & deinde per aliū librum Catharinus? Quid ad tot ratios & scripturas ab eo adductas respondit Reuerendissimo dño Caietano, de diuina institutione Pontificatus Romani? Quid de primatu petri Eccio, quē hic nil nisi ignominia retulisse gloria? Quid de potestate Papæ, doctissimo & eloquentissimo Fabro Constantiensi? Quid disertissimo Radino Todischo, qui eum accusatione primum conuicit. Deinde damnatum altera oratione palam triumphauit? Cur non respōdet nūc illi pro seipso Philippus Melanchthon: qui pe-

*Responsio Lu.
contra regem
Angliæ.*

tulanter prius responderat ei pro Luthero? Qualiter autem responderit uitulinus iste triumphator serenissimo & omni posteritati admirando Regi Angliæ, Franciæq; ne Lutherani quidem ipsi ignorant, erubescens in confesso, si quādo ea de re incidat mētio. Certe una Erasmi epistola, in qua huius Regis librū, ingeniumq; & pietatem: licet admodū parce & modeste cōmendat, plus habet momenti, fideiq; apud omnes bonos, q; habeant omnes barbarici crepitus infruniti huius uituli. Quod me aut cæteris aduersarijs suis tanto inferiorem facit, libēter sane & cū gaudio agnosco. Sed nescit bos imprudens, tanto maius fore dedecus ipius, quanto manifestius ab oīm minimo, nullarumq; sibi uirium conscio, de tot criminibus erroribusq; & blasphemijs cōuincetur. Id quod minime in ullam partem laudis referri dignū puto, nisi quam mereatur forsitan zelus pietatis, indignationis

molestia, tædiumq; fastidiosi laboris. Non est em̄ difficile bifor-
mi huic uitulo, usq; adeo furenti & affectus animi absq; omni ra-
tionis & prudētia freno, pleno impetu bestialiter sequēti, osten-
dere infinitos errores, impietates, blasphemias, maledicta, men-
dacia, contrarietates, breuiter quicquid inest pessimarum artium
machinationūq; malæ menti & malo animo. Quod sane opti-
me notauit doctissimus & cordatissimus pontifex noster Adria-
nus, vi. qui hac hyeme iam præterita, inter cætera sic scripsit Co-
loniensibus: Quare uos & quemlibet uestrum in dominohorta-
mur & c. ut uos qui ab initio pestiferam & perniciosissimā hanc
doctrinam semper detestati estis, nunc aduersuseandem, non tā
sua subtilitate (quæ nulla est) q̄ eorum, qui occurrere deberent,
negligentia, & zeli domus dei defectu, cancri more quotidie la-
tius serpentem, pro uestro quisq; captu doctrinæ salutaris anti-
dota opponere, & latitans uenenum sub melle sanctorū uerborū,
quæ illi peruersis dogmatibus suis admiscet, Christifidelibus,
docendo, scribendo, prædicando, patefacere studeatis. Erit uero
(inquit) hoc tanto facilius, quāto hæereses ipsæ crassiores, minus-
q; defensabiles esse probantur. Nos certe huc usq; nihil tam sub-
tile, ex huius sectæ assertionibus legere uel audire potuimus, qd̄
non qui uis in sacris literis uel mediocriter exercitatus, facile co-
arguerit. Immo uero quod non sæpius ab ecclesia & a priscis ca-
tholicis luculentissime reprobatum diligens lector inuenerit.
Hec summus pontifex. Vanissima est igitur barbari huius ui-
tuli iactantia impudēsq; philautia, qua seipsum sic laudat, uiresq;
suas iactitat. Credens stultissime, si quando ab uno aut altero Po-
eta laudatoriam acceperit epistolā, mox uolitare sese simili lau-
de per ora quorumlibet grauium doctorumq; uirorum. Aut si
quando ad populares conciones eius rustica plebs Vuittenber-
gensis agri accurrat, mox totum orbem Christianum in ipsius
uerba simili leuitate iuraturum esse.

Non est diffici-
le aut magnū
superare Lut.

Ex epist. Adri-
ani Papæ. VI.
Nulla subtili-
tas hæresis
Luthe.

Vana Luthe.
philautia.

Martinus Lutherus.

Sed erat una solarij spes, quod liceret gloriari: Ego scripsi
unum librum contra Lutherum. Siquidem multis alijsq; libris
in me scriptis, nihil est opinionis & gloriæ, q̄ quod hoc titulo ue-
huntur, Contra Lutherum. Ego citra & præter uotum meum
in publico exaltatus per Christum, cogor ista stercorea mecum in
sublimi uehere, ut uulgo dicitur de luto rotis hærente, ut semper
summa petit liuor impotens.

B ij

Iohannes Cochläus.

Sed multo impudentissima est ea iactantia, qua libris nostris nihil gloriae & opinionis esse dicit, quod hoc titulo uehantur, Contra Lutherum. Ego certe libris meis nihil gloriae opto aut arrogo, quos in abominabile nomen illud scripsi, e quibus duo duntaxat latine scripti, nuper editi sunt, reliqui uero deinceps edendi. Mallem autem (teste deo) omnes eos libros uno eodemque rogo statim ipse comburere, si possem a Germanis nostris impetrare, ut Luthericos quoque libros (quos in aeternum iudicium interitumque animarum suarum contra pietatem & obedientiam tenent) mox meo exemplo in ignem projicere uellent. Tantum abest, ut ex nefasto & funesto nomine tituloque Lutheri, gloriam aut opinionem quaerere mihi desiderem.

Martinus Lutherus.

Iam quantum est dementiae argumentum, quod gloriae sese Vuormatiae sic mihi locutum, ut ad lachrymas cogeret. Non imputabo hoc nequitiae sicut dixi, sed dementiae. Malo eum insanum & misericordia dignum, quam malum & odio dignum haberi: alioqui si compos sui, sic impudenter mentiret, quis non Cocleum insignem nebulonem iudicaret? scilicet iste Pericles Lutherum ad lachrymas moueret: qui sic pueriliter loquebatur & agebat omnia Vuormatiae, ut ab omnibus qui aderant, etiam me inuito & prohibente tanquam fatuus rideret. Testem appello suam ipsius conscientiam, si sanus meminit, quantum uel ab uno D. Hieronymo Schurffsalis & nasi passus est, tum maxime, cum uellet sapientissimus, & persusarmatus ille Cocleus uideri, sensit enim & indigne etiam tulit.

Sic & hoc mendacium morbo tribuerim non malitiae, quod iactat triumphum, nempe, quod oblatum duellum recusarim. Teste etiam Cocleo, sic res habet: Cocleus siue propria stultitia, siue alienis uerbis subornatus, postulabat a me, ut fidem publicam Caesaris resignarem, tum sese uelle mecum disputare palam. Hic antequam ego responderem, communi cachinno excepta hominis absurditas est. Pars eum insanire putabat, ut qui disputare nollet, nisi fide publica postposita, quasi disputari non possit, salua fide publica. Pars uero proditorem malignum arguebat, qui non disputationem quaereret, sed ut exutum fide, proderet papistis. Pessimo nomine sese tum Cocleus & omnium odio pro hoc uerbum oneravit, quo se in perpetuum non exonerabit. Et nunc gloriae pulchra ista testudo, sese mihi recusanti duellum obtulisse, & cantat uicto

rias, cum ego nec disputationē recusarim, nec fidē publicam resignare detrectarim. Vides itaq; cuius autoritatis eē debeat isto libello Cocleus, quem tā impudentibus mendacijs auspicať, nec dum pudet eum Vuormatiæ fuisse derisum, gloriať uero in turpitudine sua. Hoc nimirū est, qđ suam illam insaniam hoc libello ornare anhelat, qđ adhuc mihi unum duellum offert, magnificis uerbis & minis id agens, ut qui legunt, ex animo eum loqui credāt. Obsecro cur hoc non faciebat Vuormatiæ, ubi uallatus erat Cæsaris & papæ tutela & præsidio? Sed testudini conuenit hæc tarda & sera gloriatio, post amissos triumphos. Cur nō adhuc me accedit Vuittenbergam, aut uocat in locum tutū? Quid est qđ inanibus uerbis crepat testudo ista? scilicet quia nouit nunquam fore, ut mecum congredi possit, secure triumphant hic arma uiri sine aduersario. Du arme schnecke vvas soltistu disputiren? Testudo es & aliud nihil, & cornua tibi testudinis sunt formidine tantum & fuga nobilia; quæ, ubi nihil sit quod obstet, satis audacter sese in uacuum erigūt. Vbi autē uel aranei filum occurrat, retro fugiunt. Sed ego plane hoc tribuo diuinis cōsilijs, ut papæ & papistæ fere nullos habeant patronos, nisi qui uel insigni inscitia, uel mendacijs impudentibus, semper suam autoritatem traducant, ne quis amplius per abominationem Romanā decipiat. Nullus adhuc aduersus me scripsit, qui non sit insigniter & palam ac multis modis mentitus. Plorandam certe sortem papæ, qđ sui non nisi mendacijs pfecti, in arenā descendunt. Nec desinunt tñ mentiri, postquā multos uident a me palam conuictos, uno furore mentiendi omnes pergunt. Habes ergo Nefene hic partem armorum, quæ uirum illum decent; & quem decerent arma talia, nisi talem uirum?

Iohannes Cochlæus.

Maxime uero miror, qua fronte negare audeat meticalosus iste semiuir, quæ ego Vuormatiæ cum ipso in tot complicū suo *Colloquium Vuormaciense.* rum conspectu egi & locutus sum. Vbi manserunt quæso Nefene acta Cochlæi, quæ tu mihi e Vuormacia reuerso, post triduū hoc in loco, ubi nunc scribo, simulata amicitia narrabas; & adiciebas, colloquio illi nostro sex interfuisse Comites. Ego uero neminem prorsus ex omnibus assidentibus & astantibus de facie noueram, præter eostres, quos ante prandium coram Reuerendissimo D. Archiepō Treuerensi compellaueram. Assidebat autē unus ueste splendidiorē indutus, quem ego tum falso putabam

B ij

Mendacia u-
tuli.

zelus & ani-
mus Cochlei

Verbis leo, re-
lepus Luthe.

ducem Fredericum esse, cum intellexerim postea Comitē fuisse de Mansfelt. Quem igitur hic in testem, contra tot ludificantis & tergiuersantis uituli mendacia, inuocem aut producam? Cur nō editis conficta in me acta uestra, ut inde saltem addiscam sex illorum Comitum (de quibus dixeras tu mihi) nomina? Nondū sane persuadeo mihi, tot generosos uiros dicturos esse, in gratiam unius Mendicantium fratrum Vituli, contra suam conscientiam reicq̄ ueritatem. Sed & Ionam Ambsdorffiumq̄, & illum ipsum (a quo me salis & nasi multū esse passum ait uitulus) Schurff, in testes haud grauatim citaturus essem, nisi absterret me quotidiana eorum cum uitulo isto familiaritas & conuersatio. Quicquid autē dixerint illi omnes, certe Comes assidēs nobis audiuit, q̄ liberaliter absq̄ omni ipsius periculo (de quo semel reclamātū fuerat, anteq̄ Comes ille intrauerat ad nos) petierim sub iudici- bus cum eo disputare. Et testis est mihi deus, quem nullum la- tet secretum, me semper iam ultra biennium eo fuisse p̄ fide ca- tholica zelo & animo, ut sæpe optauerim, cum hoc uitulo perfi- do capitalem sub iudicibus, publica autoritate designandis, dis- putationem inire, ita, ut necessario alter nostrum, quem iudices damnaturi essent, aut ignis, aut gladij supplicium mox pateret. Et inter homines, multis quoq̄ testibus, ubi opus foret, docere possem, q̄d & ante & post Vuormaciense colloquiū, animū istū constantissime semper cōfessus sum (quod & tu probe nosti) ubi cunq̄ ea de re compellatus fui. Nolo cum scenico hoc uitulo in- aniter disputare pro gloria aut ostentatione uana. De ingenio, eruditione, memoria, aut eloquentia, neq̄ confido, neq̄ iactito quicq̄. In his enim mea sponte non solum huic Thraonico iacta- tori, sed & cuiuis quālibet mediocriter docto facile cedo. Cæterz in fide catholica fortiter asserenda, etiam per mortem & suppli- cia, tantum abest, ut huic uitulo, aut cuiuis sectatorz eius pauide cedam, ut ausim cum quolibet eorū (ubi uisum fuerit expediens) capitale iudicium inire. Quid igitur umbratili uerborū fortitu- dine adeo magnifice uictorē sese iactat uitulus, qui re ipsa qua- uis muliere mollior, quolibet eunucho effœminator & euirati- or, omni ceruo fugacior, & quocunq̄ lepore meticulosior: nulli se iudicio credere aut submittere audet. Proh pudor, qui añ bien- nium inflatis inanum uerborū buccis prouocauit minaci ac pla- ne taurina fronte papistas omnes in unū, is nūc uni paruæ & in- firmæ Cochleæ, cum sit ipse sua opinione maximus & robustis- simus minotaurus, se uicissim prouocanti, nusquam nisi forte in

triobolari & infami hæreticorū spelunca, congregari audet, prouocatus pridem Vuormaciæ in suo diuersorio, coram cohorte sua, puocatus & nuper publice in facie totius ecclesiæ. Quid ad hæc dicitis uiri Lutherani? Quid mulieres Lutheriscæ? Vitulus uerter cuius pater ante triennium (ni fallor) mille colla magnificis uerbis offerebat, nunc uni Cochleæ ne unum quidem collum offerre aut opponere sub iudicibus audet. En uobis, pellem pro pelle, collum pro collo, caput pro capite. Quid ad hæc Vitulus? O fortem Ecclesiasten & Euangelistam, Quando erubesceris tandem o leues & inanes paleæ? Recte itaq; scripsit in epistola ad Colonienses prudentissimus pontifex noster, Et omnino (inquit) uix adduci possumus, ut credamus, quoniam ex sectatoribus eius reperiri, qui non potius malitia, uel noxiæ libertatis ab illo promissæ desiderio, propriaq; concupiscentia, uel aliena rapiendi cupiditate illectus, potius q̄ simplicitate deceptus, in huius hæresiarchæ sententiam concesserit. Hæc pontifex. Et quidem uerissime, Si enim audet nunc tot mendacijs timiditatem illam Vuormaciensem, quam adhuc hodie confiteor, dum non uult nisi ad ostentationem sub publica fide disputare, excusare: quid possum de tot eius complicibus, qui tum præsentibus fuerunt & sciunt, q̄ egregie nunc mentiantur, aliud cogitare, q̄ quod scribit hic sanctissimus Pontifex noster?

Verba Adriani
pape. VI.

¶ Martinus Lutherus.

Veniamus nunc ad rem ipsam, & reliquã armorum partem uideamus armatæ testudinis. Imitabor autem exemplum domini Coclearis, ut unum aut alterum articulum, cuius maxime referat, confutem. Nam & ipse non totum Lutherum aggressus est, sed tres illas priores propositiones a me assertas aduersus bullam Ecclesie Leoninam. Igitur hoc maxime urget toto libello Cocleus, ut falsum & hæreticum faciat, quod passim asserui: Sola fide nos iustificari. Atque ut hic aliquid iucundum audias pro ratione istorum dierum, uide quomodo mihi Nese ne arma ista uulcanissima masculinissimi uiri. Postquam multis patrum dictis docuisset, per baptismum nos abluere a peccatis, per Christum deleri peccata, charitate operari multitudinem peccatorum, & si quis sunt sisia, tandem cogitator ille omnia in hunc suauissimum epilogum, dicens: Non ergo sola fides iustificat. Iustificat enim spiritus sanctus, iustificat & gratia, iustificat & baptismus, iustificat & Christus, iustificat & charitas &c. I nunc Lutherus & nega Cocleum esse armatum uirum. Tu Nese ne forte uel diruperis indignatione, uel fatiscis risu. At interim tuo impio ego tempus perdo, cum insulsa ista & stolidi testudine, quam aduersus me scribes, non tamen saltem habuit cogitationem, ut argumenti uim, seu ut cum testudine Aristotelissem, materiam subiectam prouideret, ut sciret, quid, contra quid scriberet.

Iohannes Cochläus,

Aggressus to-
tum Lutherū.

Quod autē gloria vitulus, me nō totū Lutherū aggressum eē, rñdeo nūc uerbis Eccij, quæ Lipsiæ audiuit vitulus, ut habeant bacchantes isti Saxobohemi, quo latius pulmonē in risum distendant. Totum inquam Lutherum aggressus sum, sed non totaliter. Totum, quia omnes eius uires prouocaui; non totaliter, quia impossibile foret mihi omnes eius hæreses ita reprobare, sicut reprobaui tres primos impiæ assertionis eius articulos. Credo enim futuros fore plures libros, si omnes eius errores ita sigillatim confutare deberem, quæ sint omnes libri Ambro. Hieronymiq; & Augustini. Et prius quā contra singulos hoc modo scriberem, inueniret ille. interea triplo aut decuplo plures. Satius ē igitur totam hanc hydram semel exurere, quæ singula eius capita singulis libris recidere. Quid autē habet circa primum illum suū articulum in omni sua assertionē, quod non tetigerim atq; etiam confutauerim & dissoluerim? Totum igitur Lutherum atq; etiam totaliter, quantum ad tres illos articulos primos attinet, nō solum aggressus sum feliciter, sed & bene, iuuante Christo, conuiciatq; confeci, & ita quidē prostrauī, ut nunquā liceat ei ad eos resarciendos, ne uiuo ī pedes surgere. Hæc dico Nefene, nō ut me aliquem esse putem, sed ut intelligat minax Minotaurus tuus, quæ cōtemptibilis ipse sit huic tā paruæ Cochleæ, quæ adeo secure sub tot scripturæ patrumq; & concilioꝝ armis, quæ ne ferreæ quidem aut flammeæ quorūcūq; tauroꝝ unguæ perumpere ualeant, latitat. Et cur eum timerem, qui mox, ut serio rñdere incipit, palinodiam mihi cantat? An id neges Nefene? Non potes profecto, si modo breuem titulum libri mei, & articulum nudū Lutheri uel per transennam (ut aiunt) inspexeris. Ego enim de gratia sacramentorū librum meum inscripsi. At Lutherus in articulo istud hæreticum esse asserit, sacramēta scilicet gratiam dare. Hic autē mox totum (quod circa eius articulum impugnaueram) recantat, & mihi cōsentit, quæ baptismus saluet, quæ iustificet, quæ gratiam det, quæ a peccatis abluat. Quid obsecro uolui ego amplius? Quis nūc amicior est paruæ Cochleæ, quæ iratus paulo ante, instar pueri mobilis, minotaurus? Sed hoc mirum uideri non debet, quia & ipse nouellus adhuc & recens est vitulus, nō senex taurus ut uir, sed semianniculus adhuc minotaurulus, ut puer, iuuenculus, nondum iuuenus; bubulus, nondum bos perfectus. Nam uixdum transierunt sex menses, quando repertus ē in utero uaccæ.

Palinodiā ca-
nit Lutherus.

Vitulus sex
mensium.

Martinus Lutherus.

Et satis miror tam diligentem compilatorē, non auxisse istū epilogum, cum Paulus ad Ro. xi. scribat se conari, ut aliquos ex Iudæis saluos faciat, ergo etiam Apostolus & prædicator saluat, non sola fides, quare Lutherus hæreticus. Et cur non iuuenus Coclear istud in armis suis tam strenue sudans: & in ordinē statuamus modos saluandi magistraliter, sic: Pater saluat, Filius saluat, Spiritus sanctus saluat, Christus saluat, gratia saluat, fides saluat, charitas saluat, sacramentum saluat, prædicator saluat, opera saluant. Decem nimirum sunt hic saluatores, ergo non sola fides saluat, ut taceam illum uulgatissimum saluatorē, nempe uerbum dei, quod uerbum salutis dicitur, eo quod saluare possit animas nostras, teste Iacobo. Et uide sapientiā nostram, istos modos saluandi uolumus pulchre cum suis attributis & propriatis distinguere, plane magistralissime: Pater saluat autoritatiue, filius mediatiue, spiritus sanctus applicatiue, Christus meritiue, gratia reputatiue, fides subiectiue, charitas actiue, sacramentū signifiatiue, prædicator ministratiue, uerbum doctiue, opa pbatuue, oīa armatiue & testudinatiue & Cocleatiue, ergo nō sola fides iustificat, ergo Lutherus est hæreticus, ergo Cocleus est armatus uir.

Iohannes Cochlæus.

Quod autem addit decem saluatores, nec id quidē libro meo, sed articulo ipsius cōtrarium est. Cæteræ ludicra & ridicula eius aduerbia digna non sunt, neq; ut recipiant, neq; ut frustra redarguant, sed ut potius simul cum ipso risu in uacuum aera trāsmittantur. Nam & uitulus ipse ubiq; fere loquit mugitiue, boatiue, Iubulatiue, nugatiue quoq; & maniatuue, criminatiue itē & calumniatiue, atq; (ut denarium quoq; numeræ compleamus) nutatiue, turbatiue, fraudatiue.

Martinus Lutherus.

Vides ergo nullum librum esse tam malū, quin in aliqua parte sit bonus, ut Plynus putauit. Nā si Cocleus hic non docuisset, salute in etiam in per deum, per spm̄, per sacramentū uenire, ubi staret ecclesia: ubi fides: ubi ullus Christus: Gratias Atlāti nouo, qui ruitur am cœlum robustis istis & bñ armatis humeris sustentat. Sed satis sit lusum in stolidum istud caput, pro amici obsequio, serio de istis rebus paululum loquamur. Non propter Coclæū, qui ceu porcus indignus est, ut margaritum istud pretiosum ante eum proijciat. Sed propter eos, quos uehemēter mouet, qđ dixi,

C

Sola fide nos iustificari, cum in Apostolo dictio illa, sola, nō inueniatur. Et causantur temere & impie a me adiectam, pro meo statuendo errore. Huius ergo temeritatis meæ rationem reddā, & me cum modestia expurgabo, ut uideant, & me posse humiliter & modeste rationem reddere, ubi tales fuerint, qui digni sint audire uerbum dei.

Iohannes Cochlæus.

Noua Lut. humilitas & modestia.

Nunc uideamus (modo tu Nefene hanc mihi licentiam a uitulo tuo impetres) quale nam sit illud eius margaritum (ut iactat) quo indignus, ceu porcus est Cochlæus. Quid mirum? Hic enim modeste & humiliter (ut promittit) rationem uult reddere dicti sui de sola fide. At nūquam antea sic humiliter & modeste, sed semper uitulatiue & ludoritatiue rationem reddere audiuit eum infortunatus Cochlæus. Quæ est autem tam grandis huius nouæ humilitatis & modestiæ causa? Quia admonuit nuper eum, & ad oculum ostendit Cochlæus, nusquā haberi in Paulo, nos sola fide iustificari. Cur ergo admonitor iste, adeo fidelis & opportunus, qui eum ab isto crasso errore (quē tamen ipse intra totum quinquennium neq; per sese, neq; per tot socios suos, quilibet oculatos, unquam uidere aut animaduertere potuit) liberauit; ceu porcus habetur ab ipso indignus, ut margariticam hanc rationē audiat? Quia timet astutus iste uitulus ne cornua sua erigat in ipsum, parua quidē, sed animosa ista Cochlea, ut ei, uelut falsario Pauli blaspheme insultet, eumq; sacrilegæ imposturæ redarguat, q; falso isto præstigio tam diu ludificauerit totū (ut ipse putat) orbem, q; impiissimam sæpe dixerit in sacram Iacobi apostoli epistolam blasphemiam, ob id, quia negatur in ea uel aperitissimis uerbis, iustificari nos sola fide, qd; in plerisq; libris suis negauerit eam epistolam Iacobi esse, hic uero sua sponte Iacobi esse confiteatur, quando dicit, teste Iacobo. Sed si tu mihi Nefene gratiam & aures audiendi a uitulino isto deo tuo fidelis intercessor impetraueris, condonabo ego ei (ut audire mihi licet) istud interim falsicrimen, in Paulum ab eo admissum; sacrilegij præterea, contumeliæq; & calumniæ atq; etiā blasphemiæ, quibus in beatum Iacobum impie egit, nō memorabor, si me quoq; hoc suo margarito beauerit, ut sim dignus audire uerbum dei.

Iacobi. 2.

Vitulinus deo.

Martinus Lutherus.

Calumnia & cōiicia Luth. nō sunt uerbu dei.

Primo ego conatus sum reddere, q̄ potui clarissime uiri Paulinæ sententiæ, quam Sophistæ diuturno & sacrilego uerborū abusu, penitus obscurarunt.

Iohannes Cochlæus.

Sed o Nefene quomodo credam hoc esse uerbum dei ueri,
cum nihil hic audiam, nisi calumnias & conuicia: addo & menda
cia. Nam circa articulum suum, quem liber meus impugnat, nō
hoc agere uoluit, cum non scriberet in Paulum commentarios,
sed sacrilego ausu sacramentis nouæ legis gratiā adimere tenta
uit, quā nunc per me correctus, confitei. Non igitur hic uerbū dei,
sed boatum uituli audio.

Martinus Lutherus.

Nam ubi ad Romanos de fide & operibus disputat, aduersus
iustitiam operum, certe id uehementissime urget, ut iustificatio
nem operibus in totum adimat, & soli fidei tribuat.

Iohannes Cochläus.

Deinde ait. Nam ubi ad Romanos de fide & operibus dispu
tat aduersus iustitiam operum, certe id uehementissime urget, ut
iustificationem operibus in totum adimat, & soli fidei tribuat.
Sed neque hic o Nefene, uerbū dei audio, quin potius meras i Pau
lum calumnias & blasphemias dici puto. Cur ita? quia neque ope
ribus iustificationem in totum (ut mentit Vitulus) adimit Pau
lus, neque eam soli fidei tribuit. Hoc em̄ faciens loqueret non solū
contra Christum & Iacobum, sed & generaliter contra omnem
scripturam legis & prophetarum, Euāgelij item & quicquid est
Canonicarum epistolarū. Id si non uolueritis credere, rogate me,
ut proprio & bene longo libro ad oculum uobis demonstrem,
nō aliam a uitulo mercedem postulaturus, quā eam quam pro isto
primo libro meo mihi hic reddidit, hoc est ut palinodiam canat,
atque errorem suum retractet. Nolo em̄ & ego mortem peccato
ris, sed ut magis cōuertat & uiuat. Hic autē breuis esse debeo, nā
& uestra breuicula est responsio. Satis fuerit itaque, ex hac ipsa
Pauli epistola contrariū sententiæ uestræ ostendere. Ait ergo cap.
xii. Gloria autē & honor & pax omni operanti bonū, Iudæo pri
mū & Græco. Quid putas Nefene? Est hoc aduersus iustitiā ope
rum (ut blasphemie calumniat uitulus) disputare? Est operibus
iustificationem in totum adimere? Nunquid gloria & honor &
pax (ut precatur & optat omni operanti bonum Apostolus) est
aduersus iustitiam operum? Nunquid sine iustificatione? Sed au
diamus quomodo statim adhuc clarius contra uituli blasphe
miam subiungat. Non em̄ auditores (inquit) legis iusti sunt apud
deū, sed factores legis iustificabunt. Itē: Qui in lege gloriaris, per
pauaricationē legis deū inhonoras? Quid uos ad ista dicitis theo
logi uitulini? Nōne ex opib⁹ quibus iustificat hō (ut optie & aptissi
me consentit Iacobo Paulus) & nō ex fide tm̄, ut mentit uitulus?

Calumniæ &
blasphemia in
Paulum.

Ezech. 18.

Non reicit
opera.

Ro. 2.

Iacobi. 2.

Roma. 2.

Item adhuc manifestius paulo superius contra uos ita dicit idē Apostolus: Deus reddet unicuique secundū opera eius. His quidē, qui secundum patientiam, boni operis gloriam & honorē, & in corruptionem quærentibus uitam æternā. Quid obsecro aperius cōtra uos dici queat, q̄ hic dicit Paulus? Ecce iam tempus est, si breuis esse uolo, ut allegare de sinam, productis iam tot contra uos locis, quot Vitulus contra nos & ueritatem p̄duxisse uidet: & tamen ne unū quidem illius epistolæ caput adhuc excussi aut delibauī totum. Quanta igit̄ putas ex uniuersa illa ipsa epistola, ad contundendum uituli tui os mendax & blasphemū, testimonia produci queant? Certe, si non esset usq; adeo superbus, q̄ solus uult sapere, & suæ tantū prudentiæ inniti: longe aliud huius epistolæ quam proponit hic, argumentum apud sanctos & antiquos scripturarum interpretes inuenisset, q̄ ipse fingit.

Martinus Lutherus:

Hæc enim sunt uerba eius: Ex operibus legis nemo iustificat̄. Et iterum: Arbitramur hominē iustificari ex fide sine operibus legis. Et iterum: Omnes peccauerūt & uacui sunt gloria dei, gratis aut̄ iustificati per fidem &c. Et Rom. xiiij. Peccatum est, quicquid non ex fide est. Deniq; hæc confirmat potentissimo exemplo Abrahæ, qui iustificatus est non ex circumcisione, quod erat optimum & egregium opus diuinitus mandatum, & omni obedientia perfectum, sed fide ante circumcisionem. Negatq; eū habere gloriam coram deo, si ullis operibus sit iustificatus, scripturam uero dicere, fide esse iustificatum &c.

Iohannes Cochläus.

Nolo igit̄ amplius sic falso & blaspheme mugiētem uitulum
Responsio ad audire tacitus, sed conuictis iā (ut audisti Nesene) blasphemis eius
obiecta Luth. per quas hæreticum sensum suum uolebat imputare Paulo, re-
Quæstio de spondebo breuiter ad uerba Pauli ab eo adducta. Ex operibus
obsuariōe le- (inquit) legis nemo iustificat̄. Accepto uerba Pauli, Vituli sen-
gis sum non accepto. Cur ita? Quia Vitulus intelligit hæc uerba ge-
neraliter de omnibus operibus fidelium. Cum Paulus dicat so-
sum de operibus legis. Legis inq; Iudaicæ, non euāgelicæ. Nam
Actu. 15. 21. illis temporibus grandis erat (ut uidere licet in Actibus aposto-
lorum) inter Christi fideles quæstio de legis obseruatione. Et ob-
tinuit Paulus apud apostolos & seniores in concilio, non oportere iugum legis imponi ijs, qui ex gentibus in Christum crede-
bant. Loquitur itaq; & in hac ad Romanos, & in alia ad Galatas.

epistola, de operibus legis Iudaicæ, quæ non erant ad salutem necessaria credentibus in Christum. Cæteræ aduersus iustitiã operum legis euangelicæ nusquã disputat aut loquitur, sed bonis operibus attribuit gloriam, honorẽ, pacem, mercedem; denicq; a deo uitam æternam. Iam uides opinor, q̄ facile repellantur hac una solutione omnes impotentis uituli huius, contra bona opera, insultus, crepitus, & mugitus. Nam quod secundo loco ait: *Ar-* Roma. 13
bitramur hominem iustificari ex fide sine operibus legis. In ean- Aliud est sine
dem sententiam, quam diximus, dictum esse accipio. Non enim opibus, aliud
simpliciter dicit sine operibus (ut cõtendit Vitulus) sed ait, sine sine opibus le-
operibus legis. Nec dicit ex sola fide, ut falsarius ait Vitulus; sed gis
simpliciter & sine addito dicit ex fide, quæ scilicet charitate & bo- Iaco. 2.
nis operibus est adornata & instructa, fides enim sola sine operi- Falsarius &
bus, mortua est in semetipsa, teste Iacobo. Tertio ait: Omnes corruptor sti-
peccauerunt, & uacui sunt gloria dei, gratis autẽ iustificati per lus.
fidem & c. Hic non solum est alienus & adulter sensus, sed etiam Roma. 3.
falsarius & corruptor stilus scelerati & sacrilegi huius Vituli, Solaris Lut.
Neq; em̄ nostra antiqua, neq; noua Erasmi translatio sic habet, a sola fide.
ut allegat iste Vitulus. Vtraq; autẽ interpretatio hic per omnia Roma. 3.
concordat, nisi quod pro hoc uerbo egent, Erasmus posuit hoc Solaris Lut.
uerbum destituunt. Sic ergo habet textus noster: Omnes enim a sola fide.
peccauerunt, & egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiã ipsi- Roma. 3.
us, per redemptionem quæ est in Christo Iesu. An uero est in hac Solaris Lut.
autoritate ullum uerbum contra bona opera, aut de sola fide? a sola fide.
Vitulus tamẽ attulit, ut numerosus uidereẽ allegator. Atq; ut ne- Roma. 3.
quitia & malignitas eius lateret, ea usus est cautela, q̄ non desi- Solaris Lut.
gnauit locum, in quo nam capitulo sic scripserit Apostolus, q̄uis a sola fide.
omnium lōgissima & difficillima sit ista Pauli epistola. Quar- Roma. 3.
to ait: Et Ro. xiiiij. Peccatum est, quicquid non ex fide est. At neq; Solaris Lut.
hic contra bona opera, aut de sola fide (quod probare nitit̄ Vi- a sola fide.
tulus) uideo quicq; nisi forte uelit nos uiolenti us iste bubulus co- Roma. 3.
gere, ut credamus ubicunq; ponatur in scripturis hæc uox, fides, Solaris Lut.
ibi mox uitulina autoritate addamus hanc uoculã sola. Sicut fa- a sola fide.
tue affert exemplum de deo creante. Nos autẽ a solario isto tau- Roma. 3.
ro nequaq; uolumus ita cogi. Videbitis itaq; propediem, q̄ egre- Solaris Lut.
gie lauet uitulo uestro informem & male cornutum cucurbitã a sola fide.
nouus quidam aduersarius uester, circa hanc propositionẽ Pau- Roma. 3.
li, quã Vitulus contra monastica uota primo posuit loco: dum Solaris Lut.
stulte interim gloriaẽ ipse omnes papistas & monachos a se p- a sola fide.
stratos iacere. Et cum prælium uix dum bene sit inceptum, ipse

Argumētum
Lut. de Abra-
ham.
Ro. 4.

Idc. 2.
Abraham ex
operibus iusti-
ficatus.

Trene. 12.

Peruersor lite-
rae. Luthe.

Roma. 4.

mox canit sibi encomium. Quinto ait. Denique hoc confirmat potentissimo exemplo Abraham, qui iustificatus est non ex circumcissione, sed fide ante circumcissionem. Sequitur ne hinc Neseue, aut bona opera fidelium nihil esse coram deo, aut sola fide iustificari nos Christianos? Sequitur quidem uolente deo uitulino. At nos non sumus Aegyptii, ut in uerba uitulini dei iuremus. Non enim oportet si Abraham non est iustificatus ex circumcissione, aut ex ullis operibus legis Iudaicae, quod propterea ex nullis operibus bonis fuerit iustificatus. Haec enim sunt uerba sancti Iacobi, Abraham (inquit) pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare. Vides, quomodo fides cooperabat operibus, & ex operibus fides consummata est &c. Qualem obsecro triumphum de nobis acturus esset Vitulus Neseue tuus, si usquam in omnibus libris suis cum apertis scripturae uerbis nos uel semel conuicisset? Nonne propter hanc usquam adeo apertam confutationem suae impietatis in plerisque libris suis negat (quod tamen hic mihi confitetur) epistolam sancti Iacobi esse? At dixerit suffragii loco, fugitiuus meus Abraham, ante circumcissionem iustificatum esse, filium autem obtulisse post circumcissionem. Quid tum? Nusquam tamen dicit scriptura aut Apostolus, Abraham sola fide (quod solarius ait Vitulus) iustificatum esse. Nam & ante circumcissionem multa bona opera fecit Abraham, & nunquam legitur solam habuisse fidem. At non est hic quoque contentus uitulus, sensum Apostoli peruertisse, nisi etiam sacrilego ausu peruerteret eius uerba. Ait enim: Negatque eum habere gloriam coram deo, si ullis operibus sit iustificatus. Quid obsecro blasphemius dici queat? An non repugnat his uerbis uniuersa scriptura? Et tamen audet ea furcifer meus ascribere Paulo, quem supra ostendi, in hac ipsa ad Romanos epistola tribuere operibus bonis gloriam, honorem, pacem & mercedem coram deo. Verba autem Pauli, quae sceleratissimus iste scripturae adulterator peruertit, sunt ista: Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Ecce Paulus ait, ex operibus legis. Peruersor uero ait: ex ullis operibus. O uerberone sacrilegum.

Martinus Lutherus:

Haec certe sunt fulmina diuinae autoritatis. Tu nunc uide, an non Paulus uehementius asserat sola fide nos iustificari, quam ego, licet uocabulo, sola, non utatur, quo ego sum usus. Nam dicere: opera non iustificat, sed fides iustificat, certe robustius affirmat solam fidem iustificare, quam si dixeris, sola fides iustificat. Nisi quod hoc clarius sonat, quam illud, dum per impios Sophistas, Pauli tum

phrasim tum sententia neglecta perijt. Loqui aut hoc loco Paulū de iustificatiōe spūali, seu ut Sophistæ loquunt, formali & subiectiua, nulli nisi uni Cocleo est ignotū. Iohannes Cochlæus.

Tanquam uero leue crimen sit hoc peruerſionis sacrilegium, addit maxime blasphemū contra sanctum dei Apostolū mendacium, dicens: Tu nunc uide, an non Paulus uehementius asserat, sola fide nos iustificari, q̄ ego. Vidimus certe iam Nesene, q̄ in allegatis ab eo locis hoc nusquam dicit Paulus. Aut igitur canat mihi & hic palinodiam, aut aliunde ostendat Paulum dicere nos fide sola iustificari. Sed ait Vitulus dicere, opa nō iustificāt, sed fides iustificat, certe robustius affirmat solā fidē iustificare, q̄ si dixeris, sola fides iustificat. Ego uero id nego, etiā si decies diceret mihi Vitulus: certe. Nam præter fidē & opa sunt adhuc alia, uti iam pridē concessit mihi recantans Vitulus, quæ iustificant. Infantes em̄ iustificat (fatente nunc cōtra articulū suū Luthero) Baptismus, qui tamē neq; fide neq; opa habent ppria. Et nos supra redarguentes falsarium falso allegantē, ita diximus ex Paulo: iustificari gratis per gratiā ipsius, per redemptionē, quæ est in Christo Iesu. Vides igit Nesene q̄ minime sequit: Opa non iustificāt, ergo sola fides iustificat, quia iustificat etiā baptismus, gratia, redemptio in Christo, charitas, & pleraq; alia, quæ neq; fides sunt neq; opa. Iam ne hoc quidē uerū est, q̄ opa non iustificent, quæ dicit Paulus: Non auditores, sed factores legis iustificabūnt. Meritur itaq; in Paulum sacrilegus scripturæ puerſor. Non em̄ dicit Paulus generaliter, Opera non iustificant, sed specialiter & restrictiue: Opera legis nō iustificāt. Legis scilicet Iudaicæ, ad quā fideles ex gentibus noluit trahi & coartari Paulus.

Martinus Lutherus.

Contendit enim contra opera & iustitiam legis, & prorsus in re conscientiarū uersat, ubi sola fides totum est, opera nihil sunt. Imo opera fructus sunt iam iustificatæ per fidem arboris, ut etiā iuxta communem sensum, impossibile sit operibus iustificari.

Iohannes Cochlæus.

Sed adhuc remugit Vitul⁹, dicēs: Cōtendit. n. Paul⁹ cōtra opa & iustitiā legis, & prorsus in re cōsciētiarū uersat, ubi sola fides totū est, opa nihil sūt, immo opa fruct⁹ sūt iā iustificatę p fidē arboris, ut etiā cōm sensū ipossibile sit opib⁹ iustificari. Du libes kut te kalb vūie bistu so vūeiss. Dic q̄so, ubi dicit Pau, q̄ i re cōsciāz sola fides totū ē, opa nihil sūt. An nō dicit hic: deus reddet unicuiq; scđm opera eius. Vbi autē dicit: Reddet deus unicuiq; secundū solā fidē eius? An non scribit ad Corinthios; Et si habuero omnē

Mendacium
Luth. in Paulū
de sola fide.

Ro. 3.

Roma. 2.

Aliud Luth.
in Paulū de sola
fide mendacium.

Ro. 2.

1. Cor. 13.

*O sapientem
uitulum.
Matth. 7-*

fidem, ita ut montes transferam, charitatem autē non habuero, nihil sum. Vbi autē dicit, bona opa nihil sunt? Quod si opa nihil sunt (ut dicis) quomodo sunt fructus iustificatæ per fidem arboris? Si sunt fructus quō nihil? Num deus mercedē reddet secundum nihil? O sapientem Vitulū, Qui audit uerba Christi per fidē, & non facit ea per bona opa, nonne uero similis est stulto, qui ædificauit domū suā sup̄ harenā, & uenit una pua Cochlea, cernens in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna?

Martinus Lutherus.

Proinde satis ridiculum est in hunc modum cauillari, sola fides iustificat, ergo spiritus sanctus non iustificat. Vel spūs iustificat, ergo non sola fides, cum his disputationibus nunc non sit locus, sed de fide & operibus tantum sit quæstio, an iustificationis quicquā sit operibus tribuendum. Quibus cū nihil tribuat Apostolus, soli fidei absq; dubio asserit. Nec puto quenq; tā uecordē, qui crediderit me negare uoluisse, per Christum, per spiritū sanctum, per uerbum iustificari, nisi Cocleum: qui hoc libro satis docuit, sese prorsus non intelligere, quid sit fides, gratia, Christus, charitas, sacramentum; & a nullo credo suum ipsius librum minus intelligi, q̄ a seipso.

Iohannes Cochlæus.

Luce. 11.

*Ridicula Lut.
triumphus.*

Id est, Saxobohemico Minotauro.

Deiectio triumphantis uituli

At non sentit Maniacus iste uitulus tam grauem domus suæ ruinam, nec uidet q̄ armato suo patri Tauro Vuittembergensi, a Moeni ripa fortior superuenit armata Cochlea, quæ uicerit eum, uniuersa eius arma auferens, in quibus tantopere confidebat ipse. Ait ergo triumphabūdus iste Vitulus, Proinde satis ridiculum est in hunc modum cauillari. Sola fides iustificat, ergo spiritus sanctus non iustificat. Vel spiritus iustificat, ergo non sola fides. Cum his disputationibus nunc non sit locus, sed de fide & operibus sit quæstio, an operibus sit quicquam iustificationis tribuendum, quibus cū nihil tribuat Apostolus, soli fidei absque dubio asserit. Quid hic dicat parua Cochlea magno isti Bohemicæ Pasiphaes filio? cedit ne cum fugitiuis suis corniculis, triumphatori huic uitulo, tam secure ridenti & lasciuienti: profecto non faciet, sed erectis corniculis irruet in caput eius, & exutū palmata cucullari deiciet eum per præceps e curru triumphali in terram. Heu tu igitur triumphator Vitule, Cur nunc his disputationibus non est locus? Nonne iam sæpe ad oculum ostendi tibi, q̄ Paulus non dicit (ut mētiris tu) Solam fidem iustificare? Cum igitur sis hic toties a me conuictus de cri-

mine falsi, de sacrilegio, de blasphemia, de mēdacio & impietate,
cur tibi arrogas triumphū? Quin cede potius uictrici Cochleæ,
& inglorius descende de curru triumphali, ut ascendat cornicu-
lata, & fortius q̄ tu armata testudo, de te iustum propter cantatā
palinodiam, actura triumphū. Non tibi conuenit epiniciū aut
encomiū, sed tristis murmura tecū illud tauri Vergiliani carmē:

Victus ab it, longeq; ignotis exulat oris
Multa gemens, ignominiam, plagasq; superbi
Victoris.

Vir. 3. Geor.

Cur ergo non ualeat hæc argumētatio, seu (ut tu uocas) dispu- ^{De uict' iterū}
ratio: Sola fides iustificat, ergo spūs sanctus nō iustificat? Nonne ^{uitulus}
bene ualet: Solus deus creat, ergo homo non creat, ergo angelus
non creat: ergo uitulus non creat, ergo quicquid non est deus nō
creat: Cum igit iustificet, te ipso confitente & cōsentiente, etiam
spūs sanctus, Chrs, Baptismus, & alia, q̄ fides non sunt, falsum est
utiq; q̄ sola fides iustificet. Vbi nunc manes uituline triūphator.

Martinus Lutherus.

Ego certe meis assertionibus hoc egi, dum soli fidei iustifica-
tionem tribui, ut impia studia Sophistarum & Monachorum
confutarem, qui totum orbem seduxerunt in fidutiam operum.
Sciebam eos non negare, saltem uerbo, iustificationem per Chri-
stum, per Baptismum, per spiritum contingere, sed uidebam eos
negare solius fidei esse iustificare, operibus uero totam fere glo-
riam iustificatiōis tribuere. Quod nisi fecissent, non essent tanta
examina monasteriorum, collegiorum, scholarum, & infinito-
rum studiorum per opera iustitiam quærētium. Omnia em̄ hæc
super opera nitunt, non super solam fidem. Et fingūt fidem, ne-
scio quid in anima latentis formæ, quæ sit ueluti pars, non sum-
ma omnium uirtutum. Quare non est ut uerbū meum extra ar-
gumētum seu materiam subiectam trahas: Et ubi de fide & ope-
ribus disputo pro conscientie iudicio instituēdo, tu de potestate
dei fidem creantis cogites.

Iohannes Cochlæus.

Sed incipit nunc blandiori mugitu suum excusare errorē ui- ^{Mitescit nunc}
tulus. Ego certe meis, inquit, assertionibus hoc egi, dum soli fidei ^{uitulus}
iustificationem tribui, ut impia studia sophistarum, & monacho-
rum confutarem, qui totum orbem seduxerunt in fidutiam ope-
rum. Sciebam, inquit, eos non negare, saltem uerbo, iustificatio-
nem per Christum, per baptismum, per spiritum cōtingere. Sed
uidebam eos negare: solius fidei esse iustificare, operibus uero to

D

Mitior iā dis-
putatio.
Esaie. 5.

Scādaloſa cor-
rectio Luthe-
cōtra clerum.

Zacha. 2.
Psal. 104.
1. Reg. 26.

Fidutia operū
in Christo.
Ro. 11.
2. Cor. 3.
1. Cor. 3.

Iniurius & in-
constans.

Danie. 9.

1. Cor. 4.

tam fere gloriam iustificationis tribuere. Ecce quanta & q̄ inſo-
lira nunc uituli modestia, ut parum absit, quin taurinum mugitū
in uidui turturis gemitum immutauerit. Non debet p̄fecto Co-
chlea, adeo dura & inhumana esse, ut sic gementē non mitius, q̄
antea tractet. Non fero igit̄ ægre, mi uitule, si confutes quorū
cunq; studia impia. Sed cautus sis moneo, ne forte tibi complici-
busq; tuis dicat dominus per Esaia: Væ qui dicitis malum bo-
num, & bonū malū, ponentes tenebras lucē, ponentes amarū in
dulce, & dulce ī amarū. Væ q̄ sapiētes estis in oculis uestris, & corā
uobismet ipsis prudentes. Reperiunt̄ quidē & apud Monachos,
quemadmodum apud alios quoq; homīes, multa peccata & im-
pia studia, sed ea melius in secreto confessionis & in uirga capitu-
lari corrigunt, q̄ in publico ad scandalum infirmorū. Quot enim
putas laicos iam totum quinquenniū per te grauissime peccasse
& offendisse deū, odio & detractione atq; etiā iniurijs & irrisio-
nibus contra sacerdotes Christos domini, de quibus dñs ipse ait:
Qui tetigerit uos, tangit pupillam oculi mei. Et alibi: Nolite tan-
gere Christos meos. Et Dauid rex ad Abisai: Quis (inquit) exten-
det manum suam in Christum domini, & innocens erit? Nimis
p̄fecto barbarū & irreligiosum est ac plane Tabariticū & Pighar-
dicum, tot conuicijs, contumelijsq; & calumnijs insectari eos,
quos tot annis habuisti fratres & patres. Neq; usq; adeo male
interpretāda est pia operum fidutia in Christo: Scimus quidem
ex Paulo dici cuiuslibet nostrum, Tu autem fide sta, noli altum sa-
pere, sed time. Ait nihilominus idem Apostolus, fidutiam autē
talem habemus per Christum ad deum, nonq; sufficientes simus
cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex
deo est. Et iterum: Vnusquisq; autem propriam mercedem acci-
piet, secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. Et
si sciebas, nos recte confiteri iustificationem per Christum, spiri-
tum, & baptismum: cur in articulo tuo hanc sententiam nostrā
hæreticam dixisti. Tantum uero abest, ut totā iustificationis glo-
riam, tribuamus operibus nostris, qđ etiā humilima prece dici-
mus cum Daniele sanctissimo: Neq; em̄ in iustificationibus no-
stris prosternimus preces ante faciē tuam, sed in miserationibus
tuis multis. Et cum Apostolo: Quid habes, qđ nō accepisti? Si autē
accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Parū igit̄ constat si-
bi bone uirtutē excusatio tua. Martinus Lutherus.

Porro si qui sunt, qui per opera legis in Paulo, non omnia ope-
ra, sed tantum ceremonialia intelligunt, cum illis non censeo di-
sputandum esse, saltem hac hora, quod uideant̄ de industria uel-

le Paulum nescire. Certe circumcisio Abrahæ fuit optimū opus
omni (ut dixi) obedientia ornatū, atq; adeo iam iustificati Abra-
hæ, ut non posset non summe placere deo, ceu quodcunq; opus,
qd̄ illi bonū audeant definire, Et tñ huic Paulus adimit iustifica-
tionem.

Iohannes Cochlæus.

Miræ est autē qd̄ nō censes disputandū eē, saltē hac (ut inq̄s) hora
cū illis, q̄ per opa legis in Paulo, nō oīa opa, sed tñ ceremonialia
intelligunt. Cum p̄ter te nemo tā absurde oīa bona opa p̄ nihilo
existimet. Et iā sæpe audieris, quantū tribuat opibus bonis ipse
Paulus, Et uelis nolis triūphamus solaritatē tuā, & te de sola fide
uane & sine Pauli, oīsq; scripturę testimonia balbutientē traduci
mus. Et obiectionē tuā de circūcisioe ridem⁹, q̄a & ip̄a uel p̄cipu-
um op⁹ legis ē, & inter ceremonialia primatū tener. Mar. Lut.

Opera legis,
opera ceremo-
nialia

Quod autem Petrus dicit nos per baptismum saluari, quis nō
uidet, hinc nihil contra me strui, quasi hinc falsum sit, sola fide iu-
stificari. Certe baptismus sine fide non iustificat, Fides autem si-
ne baptismo iustificat, ideo non potest ulla pars iustificationis tri-
bui baptismo. Alioqui si ulla parte iustificaret, non liceret nega-
re, baptismum sine fide iustificare. Cum autem ei denegetur, soli
fidei recte relinquatur. Vult ergo Petrus per baptismum, ceu si-
gnum externum, fidem prouocari & exerceri, quæ saluet. Sicut
nec uerbum ipsum, quod longe præualet signo uisibili, nullum
tamen per sese iustificat, nisi credentem. Sic epistola Hebræorū
dicit: Nihil profuit eis sermo auditus non admixtus fidei in his
quæ dicebantur.

Iohannes Cochlæus.

Sed neq; eā excusationē admittim⁹, quā ad dictū, b. Petri ad-
fers. Lōge em̄ plus uirtutis, dignitatis, & efficacię tribuendū ē ba-
ptismo, qd̄ nos (Petro testāte) saluat, q̄ ut sit ceu signū externū, p̄
qd̄ puocet (ut ais) & exercent fides, q̄ saluat. Saluat em̄ baptism⁹
infantes, quos utiq; non potest, defectu ætatis obstante, puocare
& exercere, ceu signū externū, in fide. Quō em̄ habeant infantes
fidē propriā, qui neq; corde credunt (ut ait Paulus) ad iustitiam,
neq; ore confitent̄ per sese ad salutē.

Baptismus sal-
uat.
1. Petri. 3.

Martinus Lutherus.

Roma. 10.

Quod si qui sunt ex patribus, qui senserunt sacramentum sua
uirtute iustificare, esto etiam Augustinus, ut Cocleus contendit,
nihil moror, hominum sunt dicta, sibiipsis sepius pugnantium,
& pleraq; humano sensu extra scripturas docentium. Nos cer-
tissimam scripturā sequimur, quæ sine fide, nec uerbū nec signū
p̄desse dicit. Nam hoc quod maxime iactat Cocleus, paruulos cū
sint sine fide, p̄ baptismū iustificari, fortit̄ negamus. Sed dicimus

D ij

cum Augustino. Non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat. Et iterum: iustificat, non quia fit, sed quia credit. Quod si Augustinus alibi contrarium dicit, sequimur eum, ubi cum scriptura sentit: & relinquimus, ubicitra uel contra scripturam loquitur. Frustra igitur corrasit tot patrum dicta, quasi nos in hominum uerba coacturus, cum toties testati simus, nos in re conscientiarum nullius hominis, sed solius dei uerbum amplecti, quod soli deo, nulli homini conueniat, conscientias regere & docere.

Non tamen negamus paruulos esse Baptisandos, nec asserimus eos Baptismum accipere sine fide. Sed dicimus ad Baptismum eos credere, per uim uerbi, quo exorcizantur, & per fidem ecclesie eos offerentis, & eis fidem orationibus suis impetrantis. Alioqui mera & intolerabilia essent mendacia, quando Baptisans a paruulo querit, an credat, non Baptisaturus nisi uice eius respondeatur, credo. Vt quid interrogat, an credat, si certum est eos non credere? ut Cocleus contendit. Esto, Augustinus sic aliquando dicat, Sed Cocleo satis sit esse sic ab homine dictum, nos uolumus hoc dictum diuini testimonij probatum. Quin asserimus, paruulos prorsus non esse Baptisandos, si uerum est eos in Baptismo non credere, ne illudatur maiestatis sacramentum & uerbum. Debemus autem & hunc negatae in paruulis fidei errorem Sophistis, qui hominum dicta, sicut animalia immunda uorant sine iudicio & simul contraria docent, dum negant paruulo esse fidem, & tamen ut baptisari possit, exigunt ab eo fidem.

Iohannes Cochlaeus.

Mendacium
Lutheri in
Cochleum

Satis uero ridiculum est, quod ais, frustra me corrasisse tot patrum dicta, quasi uos in hominum uerba cogere uelim. Cum manifestissime constet cuiuslibet librum meum de gratia sacramentorum inuenti, nullum omnino (nisi forte primum excipi oporteat) folium esse per totum librum, quod scripturae testimonium non habeat. Quos enim folia occupat ibi uel unus Paulus? Quid tu ad dicta eius respondisti? Patres autem quos adduxi, & si per se se fide dignissimi sunt, tamen sine scripturis non loquuntur. Et tu nullis scripturis ostendis in paruulis baptizandis fidem propriam, qua actu credant esse. Id ubi aliquando feceris, prouocabis nos ad huberiores responsiones. Et nunc satis tibi negotij fore arbitror de paruulis, ut alterum tuum articulum a me impugnatum tueri possis.

Martinus Lutherus.

Gratiam uero iustificare sic debuit intelligere Cocleus, ut fidem sciret ipsam esse gratiam, & non distinctam quadam forma, ultra fidem & cha

ritatē fingere, seu ex fictis fingētibuscq; suis magistris sophistis, as-
ferere, sic nō fuisset ei opus, tā iēpte arguari: Grā iustificat, ergo
nō sola fides iustificat, saltē ut ipsi de grā loquunt. Cæterę gratia
scripturæ usu, fauorē dei significat, quo nobis ipse bene uult. Et
hic nos iustificat, id est, gratuito donat fidē, q̄ sola iustificamur.

Iohannes Cochlæus.

Quod autē ais fidē esse ipsam gratiā, friuolum est commētum
tuum, sine scriptura, sine teste, sine ratione. Quomodo uis igitur,
ut tibi credam? De gratia enim ita dicit Apostolus: Gratia dei ui-
ta æterna. Item: Gratia dei sum id quod sum. Item: Sufficit tibi
gratia mea. De fide autē ait: Et si habuero omnem fidem, ita ut
montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.
Ecce per gratiam dei est Paulus id quod est, per fidem autē sine
gratia & charitate ait se nihil esse. Et inter has uirtutes manifestis-
sime discernit & differētiā ponit in. i. ad Corinthios epistola. Cha-
ritas enim nunquam excidit, fides autem in patria non erit, sed
loco eius altius donum scilicet clara uisio. Cum em̄ uenerit quod
perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cumq; tu summā
uirtutū sine omni teste, fidem dicas, Paulus contra ait: Nunc autē
manent fides, spes, charitas: tria hæc, maior autē horū charitas.

Differūt fides

& gratia.

Roma. 6

1. Cor. 13.

2. Cor. 12

1. Cor. 13

Martinus Lutherus.

Iam in tota scriptura non legitur charitati tributam iustifica-
tionem, cum potius sit fructus fidei iustificantis, Galatas, v. Fru-
ctus spiritus est charitas, & cetera.

Iohannes Cochlæus.

Quam friuolum uero est, quod niteris probare, Charitatem
esse fructum fidei iustificantis, per illud Apostoli ad Gala. v. Fru-
ctus spiritus est charitas & c. Cur addistam fraudulēter? & c. Ego
uero, sine & c. totum illum textum integre ponam, ut uideāt tui,
q̄ inique & illiberaliter agas nobiscū. Hæc ergo sunt uerba Pau-
li: Fructus autem spiritus est charitas, gaudiū, pax, patientia, be-
nignitas, bonitas, longanimitas, māsuetudo, fides, modestia, con-
tinentia, castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex. Ecce uitule. Pau-
lus ait: Fructus autem spiritus, est charitas. Tu autē peruerso sen-
su, non per uerba Pauli, sed per commētum & figmentum tuū,
ais, fructus fidei iustificantis est charitas & c. Vt autē recte ape-
rias oculos uitulinos, possisq; uidere, fidem quoq; a Paulo cōme-
morari inter fructus spiritus, ascripsi eam, in obsequium tui lite-
ris grādioribus. Cum dicas igit, fidem informem somnium esse,
atq; in scripturis non haberi, necessario habes dicere, q̄ fides sit

Dolus Luthe-
ri in allegatōe

Luthe. contra
uota, ppo. 3.

D iij

fructus fidei. Idem scilicet sui ipsius, ut noua generatiōe, quæ nec deo, nec hominibus neq; naturæ cognita est. Idem sit fructus sui ipsius, hoc est, ut idem generet se ipsum. Martinus Lutherus.

Error autem uulgatissimus inde manauit, quod uerbum Petri ex Prouerbis Solomōis sumptum perperā intelligunt. Non enim de proprijs cuiusq; sed de alienis peccatis loquitur, quando dicit. Charitas operit multitudinem peccatorum, ut sit sensus: Charitas non irritatur, omnia suffert, non offenditur, omnia sustinet, ut non possit tam multum in eam peccari, quod non ferat, tegat, ignoscat, & parcat, si autem operibus nemo iustificatur, sed nisi iustificatus iā sit, hos fructus charitatis nō pferit. Hūc autē esse sensum, ex Prouerb. x. cap. licet per antithesin. Odiū suscitaturixas, uniuersa autē delicta operit charitas. Hoc est, q̄ odit proximum, etiā in bono illius opere quærit, qđ calumniat. Qui autē diligit, cōtrariū facit, ut etiā omnia peccata proximi tegat & toleret.

Iohannes Cochläus.

Prouer. 22.

1. Pet. 4.

1. Cor. 13.

1. Iohan. 3.

Iaco. 1.

Quod autē suggillando charitatē, ut ei pferas fidē, aliter exponis uerba Petri, q̄ nostri doctores sancti. Atq; ita cōtra scripturā trāsgrederis terminos antiquos, quos posuerūt patres tui, nō me grauitate mouet. Tum q̄a ita soles. Tum q̄a hęc tua expositio nullam in se habet (quantū prima uerba sonāt) impietatē. Tum etiā q̄ inde cognoscere licet, ne umbrā qđē charitatis in te reliquā eē. Id mō admonuerim, impie agere te in hoc, qđ contra exp̄ssa uerba Petri, Pauli, Iohānis et Iacobi, fidem pferas charitati. Petrus em̄ ait: Ante oīa autē mutuā in uobismetipsis charitatē continuā habentes. Paulus uero adhuc apertius (ut paulo sup̄ius allegauim⁹) ait: maior autē horū charitas. Et Iohan; Filioli (inquit) mei, nō diligam⁹ uerbo neq; lingua, sed ope & ueritate. Iaco. deniq; ait: Esto te autē factores uerbi, non auditores tm̄, fallentes uosmetispos, & quæ sequunt pulcherrime. Tu autē uitule ais, in re cōscientiarū fidem esse totū, opera uero nihil. At uelim, ut semel nobis ostenderes, ubi hoc sit scriptum. Martinus Lutherus.

His credo satis esse responsum pro defensione trium propositionum mearum a Cocleo damnatarum, & fortiter manere hoc dogma meum: Sola fides iustificat.

Iohannes Cochläus.

Taurina frōs
Lutheri.

Quā uero ridiculū est, qđ subdis. His (inqs) credo satis esse responsū p defensione triū ppositionū mearū, a Cocleo damnatarum, Et fortiteer manere hoc dogma meū. Sola fides iustificat. Nimis pfecto durā uitule absq; oī pudore frontē istā tuā taurinam hic reddis & obfirmas. Quō em̄ credis, satis responsum esse

in tā breuibus ineptijs tuis, p̄ defensione triū p̄positionū a me q̄-
dē iustis, ni fallor, libris tribus reprobataz, sed prius a sede ap̄lica
damnataz: cum non uideris, q̄n̄ hęc scripsisti, nisi primū ex ijs de
gr̄a sacramentoz librū. Secundusem̄ tū erat adhuc sub p̄lo im-
pressorio. Tertius uero adhuc hodie retinet hic in arca mea, breui
tū in publicū, deo uolēte, exitur⁹. De q̄ nihil dicā, prius q̄ ab alijs
iudicet. Secundus aut̄ iā publicatus est. Tu uideris, q̄d ei r̄ndear, ne
sceleratissimi, q̄d unq̄ aut usquā cōtigit in orbe terraz, infanticidi-
j & reus & cōuictus habearis. Primū uero uidisti quidē, sed nō
tetigisti. Ad quā em̄ scripturā aūtoritatē ue aut̄ rōnem eius respō-
disti: Qualiter aut̄ defenderis hic dogma tuū de sola fide, ex hac
mea responsione scire licebit. Crede mihi uitule, nō ois lector est
sciolus aut poeta Lutheriscus.

Martinus Lutherus:

Per hoc tamen non oportere negari, quin uerbum, sacramen-
tum, Christus, p̄dicator, spiritus & deus pater iustificet. Deus
enim omnia facit, ut iustificemur. Ch̄s meruit, ut iustificemur,
Spiritus sanctus exequitur meritum Ch̄i, ut iustificemur. Ver-
bum est instrumentum quo exequitur spiritus meritum Christi,
similiter & sacramentum & p̄dicator. Sed formalis iustificatio
relinquit̄ soli fidei, cū sine fide, nec deus, nec Ch̄s, nec aliud q̄cū-
psit ad iustitiam. De operibus aut̄, ut iustificare dici possint, dixi
in sermone de mammona iniquitatis.

Iohannes Cochlæus.

Quis uero uir grauis non detestē tuā incōstātiā & mobilitatē
qua in tā breui libello toties te ip̄m traducis: Ecce haud ita lōge a
p̄cipio edmittis mihi, cōtra articulū seu p̄positionē tuā, q̄ bapti-
smus iustificet. Et mox enūerādo decē saluatores, cōuictus a me
uerbo Petri ap̄li, concedis q̄ sacramentum saluat. At statim post
alterum folium, p̄nitentia (credo) impia & iscarionica ductus,
ais contra q̄ non possit ulla pars iustificationis tribui baptismo.
Deinde confestim non bene emenso folio uno, iterum ui uerita-
tis impulsus in sententiam meam uictus concedis, tam impru-
dens sane ad rectum & immemor tui, q̄ ad conuiciandum pru-
dens, animo pronus & lingua calamoq̄ promptus. Ais ergo: Per
hoc tamen non oportet negari, quin uerbum, sacramentū, Chri-
stus, p̄dicator, spiritus, & deus pater iustificet. Sed quid mirz, si
in hoc libro, quamlibet breui, ter mutaueris super una eadem
q̄ re sententiam, qui hoc idem super eadem re, ter quoq̄ feceris
prius in uno folio tuæ assertionis: Id quod ego tibi clarissime ob
oculos posui, circa finem libri mei. Ad quod prudenter tacuisti

*Summa incoh-
stantia Luth.
de baptismo.*

1. Petri. 3.

hac in responsione tua. Quem ergo non tedeat, tecum qui usque adeo uariis mobilisq; & impudens es deputare? Mihi tamen ferendum est hoc tedium breue æquanimitè, qui pro honore patriæ & salute animarum (quas tu immanissime perdere conaris) iã ultra biennium, in multã patientia & labore fastidia longa peruli scribendo, quamuis ediderim hætenus pauca.

Martinus Lutherus.

Hæc serio dicta satis sint. Reuertamur ad ludentem meam testudinem, & coronidis uice, uideamus, ut Lutherum doceat dialecticam.

Iohannes Cochläus.

*Desistendum à
ludo.*

*Timothei. 1.
Coronidis uice
epistola Greg.*

*Greg. in regi-
stro lib. 9. epi-
stola. 39.*

Psal. 72.

Hæc serio (inquis) dicta satis sint. Reuertamur ad ludentem meam testudinem, & coronidis uice uideamus, ut Lutherum doceat dialecticam. Ego uero mi uirtute plus satis iam uel ad pœnitentiam usq; hic tecum lusi. In libro autem meo de gratia sacramentorum non lusi, sed serio scripsi. Quam serio autem tu hic scripseris nescio: scio autem te parum sobrie scripsisse. Cedo igitur iam ultero tibi de ludo. Ne forte præstet magis quæstiones (uti Paulus Timotheo suo scribit) q̄ edificationem dei quæ est in fide. Ne autem omnino inutiliter tecum lusisse hic uidear, ne ue minus serio te in libro meo ad singulare certamen, sub Gregorij Magni autoritate ineundum, prouocasse credar: Ecce tibi coronidis uice non lusum contumeliosum aut inaniter uerbosum, sed sanctam sanctissimi uiri de gratia & uirtute baptismi (quam tu mobilis arundo, nunc astruis nobiscum, nunc impie destruis tecum) epistolam, Theotistæ Patriciæ Constantinopolita scriptam. Non quidem totam, admodum enim prolixa est, sed quantum hic satis fuerit. Ait ergo sanctus Gregorius papa primus: Si qui uero sunt, qui dicunt peccata in baptisate superficie tenus dimitti, quid est hac prædicatione infidelius? In qua ipsum fidei sacramentum festinant soluere. In quo principaliter ad cœlestis munditiæ mysterium anima ligatur, ut absoluta radicitus a peccatis omnibus, soli illi inhæreat. De quo Psalmista ait: Mihi autem adhærere deo bonum est. Certe enim maris rubri transitus, figura sancti baptismatis fuit. In q̄ hostes a tergo sunt mortui, sed alij contra faciem in heremo inuenti. Sic quippe omnes, qui in sancto baptisate ringuntur, eorum peccata præterita oia laxantur: Quia eis uelut Aegyptij, hostes a tergo moriantur. Sed in heremo alios hostes inuenimus, quia dũ in hac uita uiuimus, priusq; ad promissionis patriam pertingamus, multæ tentationes nos fatigant, & ad terram uiuentiũ tendentibus iter interclu-

dere festinant. Qui ergo dicit, peccata in baptisate funditus nō
dimitti, dicat Aegyptios in mari rubro nō ueraciter mortuos: Si
autem fatetur Aegyptios ueraciter mortuos, fateat̄ necesse est,
peccata in baptisate funditus mori. Quia nimirum plus ualet
in absolute nostra ueritas, q̄ umbra ueritatis. In euangelio do
minus dicit: Qui lotus est, nō indiget nisi ut pedes lauet, sed est *Iohan. 13.*
mundus totus: Si igitur peccata in baptisate funditus minime
dimittuntur, quomodo is qui lotus est, mundus est totus? Totus
enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remāsit. Sed
nemo resistit uoci ueritatis: Qui lotus est, mūdus est totus. Nihil
ergo de peccati sui cōtagione remanet, quē totum fateat̄ mundū
ipse qui redemit. Hæc Gregorius primus, noster Agonothetes.

PERORATIO AD NESENVVM.

Dictu quæso Nesene Vitulo isti tuo, fatis superq̄ iam ultra *Satis uitulatiū
iam à Lut. esse*
quinquennium ab eo uitulatū esse, ut ludere desinat, dum iuxta
cognomen suum pro ludione habet & toleratur adhuc: ne cum
Paulo dicamus ei hodie uel cras, Existimas autem hoc o Homo *Roma. 2.*
semitule, qui iudicas eos qui talia agunt & facisea, quia tu effu-
gies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius, & patiētiae, & lon-
ganimitatis contemnis? Secundum aut̄ duritiam tuam & impœ-
nitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iu-
dicij dei, qui reddet unicuiq̄ secundū opera eius. Nam q̄ inter *Gene. 21.*
ludendum dum Ismaelice tecum ludit, tot in me conuiciis &
improperijs debacchat̄, propter unicum dictum de sono scriptu-
ræ, nihil profecto est quod metuum. Quamuis enim ipse instar *Ismaeliticus lu-
dus Luthe.*
auidi culicis aut improbæ muscæ, totū corpus libri mei percur-
rens, quæserit, quod arroderet morsu illo suo amarissimo, dum
diligentissima uenatione ulcerosum aut scabrum aliquid in cor-
pore unde uiginti quaternionum inuestigaret, ita tamē glabra, pla-
na & sana (deo sit laus & gratiarum actio) inuenisse putādus est
oīa, ut nihil quod morderet exquirere aut reperire potuerit, nisi
hæc tria: de sola fide, de consequentia asini, & de sono scripturæ.
Quid uero de sola fide lucratus iā sit, superius audisti.

Martinus Lutherus.

Vbi in assertionibus meis dixi, Paulum asserere, nos fide iu-
stificari, adieci, non dicit Paulus nos sacramento iustificari. Hic
testudo quasi esset dialectices aliqua parte perita, ostentat cornua
sua pulchre, & tamen cornutum syllogismum non facit, dicens:
Vbi hanc didicisti dialecticam, quod ab autoritate negatiue du-

E

cis consequentiam? Non dicit, Lutherus non est homo, ergo est asinus. Quis rogo, non ad extasim miretur testudinis tam aptū & argutum elenchum? Hæc scilicet illa dialectica tam acuta, posse dicere: Ergo tu es asinus? Quis tam ridiculum asinum e Luthe- ro facere queat, nisi uenustissima ista testudo? Respondeo tamē.

Et tu pulchra testudo, ubi didicisti theologiam & rem Chri- stianam tuis prærancidis, & sordidis consequentiarum regulis metiri? Scilicet diuinas literas, putas sophisticas nugas esse? Satis declaras hic sacrilege Coclearis, quid ex animo sentias de rebus spiritus, dum inter eas & nostras prorsus nihil discernis. Quoti- es, rogo, dixi & scripsi, in re Christiana, nihil esse asserendum, quod scriptura non habet? Quod toties mandat scriptura, quod Hila- rius quoque docuit, & ipse tam Hieronymus quam Augustinus. Quorum hic scribit: Soli eis libris, qui canonici dicuntur, hunc honorem tribuo. Ille uero: Quod de scripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Vides Chrisippe testudinarie, quos uiros tua asinifica & asinina diale- ctica petat blasphemis suis? In rebus igitur sacris uehementissi- mus & robustissimus locus est, arguere ab auctoritate negatiue.

Sed tantus dialecticus, quam aptum facit exemplum huius to- picæ, dum dicit: Non dicit, Lutherus non est homo, ergo est asi- nus, scilicet loco negatiuæ infert affirmatiuam, cum dicere debu- illet hoc modo: Non dicit, Lutherus non est homo, ergo non est homo. Hæc enim sequeela nihil ualet in hac topica. Furia, & in- temperia totum hominem agitant, sicut solent sophisticas, ut sua propria neque intelligant, nec si intelligant, commode uti possint.

Vade ergo tu sordidum & propinarium Coclear, cum tua in- epta & insulsa dialectica, & inter ollas & farragines tuas saltem illa disce apte uti, ut ueniam demus, si in re sacra perperam utar- is. Ego aptiore exemplo docebo te hanc Topicam. Scilicet Frā- cofordiensis negant testudini suæ cor & cerebrum esse. Ergo tes- tudini suæ nihil est cordis & cerebri. Tu uideris an ualeat conse- quentia. Iohannes Cochlæus.

Consequentia
asini.

De consequentiâ asini non est quod respondeam, cum & ego eam non probauerim, sed inde cõsimilẽ argumẽtationẽ eius reprobauerim. Martinus Lutherus.

Verum quid ego hic facio, nisi ut bis stolidus & insanus fiam ipse, qui cum tam stupido & stolido capite, & uerba & tempora perdo? Quid em̄ cum eo tandem efficies, qui nouo monstro p̄dit, & ecclesiæ auctoritatem, palam præfert uerbo Pauli, Seu, ut uult

prudentissime & callide locutus uideri, sono Pauli? Sic em̄ dicit.
Dato, quod Paulus ita diceret (quod nō facit) non tñ contra oēm
ecclesiam per uerba Pauli proteruire oporteret. Maior est sensus
ecclesiae, quā sonus scripturæ. Non oportet ubiq; sonum sequi
scripturæ. Quis tam parum de Chriana nouit, qui non olfaciat,
quis spiritus habet hanc Mephitim per armatam istam testudi-
nem? Scilicet, ut nobis suspectas reddant scripturas, sei posant &
suos patres ecclesiam faciant, lallat ista nequitiosus satanæ ange-
lus, ut tuti sint ab ore gladii spiritus, tum in eorū arbitrio sit, quid
& sentire & sonare oporteat. Sed Chro gratia, qui populis illuxit
& docuit iam orbem, aduersus hæc sacrilega portenta, uerbum
dei palam blasphemantia, sic sapere, ut etiam angelo de cælo non
credant, si aliter doceat, q̄ sonat scriptura. Ut pereat ecclesia illa
testudinacea, cum suo sentimento & sonamento.

Si sonus Pauli suspectus & non sequendus est, quur sequen-
dus est sonus ecclesiae? An ecclesia testudinis sensum sine sono ali-
quando prodit? Sonet ergo Paulus, Sonet testudo, Sentiat Pau-
lus, sentiat testudo cum sua ecclesia, Doce, quæso, quem sonum,
& sensum sequemur? An denuo noua ratio inuenienda est, ut
nec ecclesiae sonum, sed sensum alterius ecclesiae sequamur? Sed
ille sensus ecclesiae iterum prodibit. Et iam quartus erit sonus ne-
cessarius quo tertius sensus certificetur. Deinde quarto sono, qu-
tus sonus sonabit pro quarto sensu. Obsecro, quis tandem finis
erit sonorum & sensuum?

Scelerati & impij sophistæ, qui postq̄ sacras literas pro sterco-
re habuerunt, inuenerunt uiam istam, ut scripturam non per scri-
pturam, sed per suos blasphemos sensu traderent, idq; tum eccle-
siae autoritate factū iactarēt. Qui si toti sese dedissent, sicut titulo
iactāt, meditationi legis dñi, non eēt locus isti insulsæ & impiissi-
mæ differentiae soni & sensus in scripturis. Nihil unq̄ dictum est
simplicius, purius, clarius, facilius, q̄ uerbum dei, idq; qñ scirent
istæ testudines limicæ, talpæ, lacertæ, erucæ, locustæ, bruci, uespæ,
immo uiperæ & stelliones, qui totis uitæ diebus in terrenis suis
uolutabris reptant & pereunt, in immundicijs suis Sophisticis.
Quid miræ, si sonum græcæ linguæ non intelligas, qui nihil græ-
cæ didiceris? Lux enim est uerbum dei omnium hominum, ad
quod & uenit in hunc munc mundum. Non autem homines lux
uerbi dei sunt, ut Cocleus hic sacrilegus cum suis insanit.

Dicamus ergo: Deus creauit cælum & terram. Et accedat hic
testudo, & distinguat nobis sonum & sensum, ut aliud oñdat hic

Mosen sonare & aliud sentire, Hoc aut debet ostendere, Nam si uerum est, quod uno loco scriptura aliud sonat & aliud sentit, ubique de ea dicendum est, ut aliud sonet & aliud sentiat, cum nulla sit ratio, cur alicubi & non ubique, Nisi forte hic noua testudinaceæ ecclesiæ dialectica, ab autoritate affirmatiue sic arguat, Nos testudines Aristotelis dei nostri gratia & sentimento nobis reseruamus de plenitudine potestatis ius decernendi, ubi scriptura aliud sonat & aliud sentit, ergo scriptura ubi testudines uolunt, aliud sonat & aliud sentit, Quid aut si & nos dicamus, cur non & patres tui dicendi sunt aliud sonare quam sentire, cum nihil sit pugnantius dictum, quam quod patres inter sese & inter sua quoque propria dicunt, Neque enim in scripturis semel inuenies aliud sonari & dici, ubi in prioribus (quod sensum Coclei non sonum Pauli habet) centies aliud sonat & aliud sentit.

Sed ut dixi, reptilia ista immunda omnia uersant & moliunt, ut scripturis iudicium derogent, & sibi uendicent, Ideo quicquid scripturis tribui oportuerat, sibi & suis tribuunt, Rursus quod sibi & suis tribui oportuerat, scripturis tribuunt, Scripturis iudicari debent, & ecce scripturas iudicant, Quid illis aliud merito dicetur quam illud Christi: Et iustificata est sapientia a filiis suis, Quod si hoc agerent, scripturas aliquoties figurate loqui, recte dicerent, aliud sonari (sed sophisticæ grammaticæ scilicet ignaris) & aliud sentiri, Nam dum Christus dicit: Ego sum lux mundi, certe sophisticæ aliud sonat & aliud sentit, quod ad sophisticas prorsus nihil pertineat scire hic metaphoram esse, sed proprietatem hic esse paruorum logicalium, quæ dicitur alienatio uel remotio termini, Nam grammaticis nusquam & nunquam aliud sonat scriptura quam sentiat, ut quæ simplicissime loquatur.

Nunc autem testudines meæ sceleratæ, etiã in istis locis arguunt scripturam hypocrisis, imo mendaciam, ubi prorsus sine figuris, atque adeo sine proprietatibus paruorum logicalium loquitur, ut est locus propositus, fide iustificamur, hic aliud sonari & aliud sentiri uult Coclear meum, Sed finis hic esto cum laruis nugandi, Sicut enim recte dicitur: Solus deus creauit cælum & terram, licet scriptura tamen dicat: Deus creauit cælum & terram, cum non sit alius creator: Ita nostra loquendi ratio exigat dicere: Sola fides iustificat, licet scriptura tamen dicat: Fides iustificat, cum nihil nisi fidem iustificare, ipsa clarissime probet, Vale mihi Nefene in Christo, Et testidinituæ dic, ut desinat tempus perdere bonis ingenijs, suis sentimentis & sonamentis, tum stolidis tum impijs prorsus.

Iohannes Cochlaeus.

De sono autem seu litera scripturae, alibi, ut uidebitis ppedi-
em, satis diffuse tractauimus. Hic breuiter dixisse satis fuerit, qd
ait Paulus ad Romanos: Vt seruiamus in nouitate spiritus, & nō
in uetustate literae. Item: Rogo uos fratres, ut obseruetis eos, qui
dissensiones & offendicula, praeter doctrinam quam uos dedistis
faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino
nostro non seruiūt, sed suo uentri, & per dulces sermones & be-
nedictiones seducunt corda innocentium. Et in prima ad Corin-
thios: Sermo (inquit) meus & praedicationis mea, non in persuabili-
bus humanae sapientiae uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtu-
tis, ut fides uestra non sit in sapientia hominū, sed in uirtute dei.
Et post pauca: Nobis autem reuelauit deus per spiritum suū. Spi-
ritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei. Animalis autem
homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Ita sane & anima-
lis iste uitulus tuus Neseus non uult percipere & acceptare sen-
sum ecclesiae, quem ei per sanctos dei homines, ante mille & am-
plius annos, dictauit & tradidit spiritus dei sanctus. Sed temere
& superbe innitit ubiq; prudentiae suae & sapiens ē in oculis suis,
atq; prudēs coram seipso. Vt iam plane completum sit in eo, qd
alibi ait Apostolus: Litera occidit, spiritus autē uiuificat. Sic etiā
multi discipulorum Christi (quo minus mireris de hoc uitulo di-
scedente & aberrante) dicentes literaliter & carnaliter: Durus est
hic sermo, & quis potest eum audire, abierunt retro, & iam non
ambulabant cum Iesu. Proinde ait tibi dominus: Spiritus est qui
uiuificat, caro non prodest quicquam. Audiatur ergo uitulus tu-
us, & tu simul cum eo. Quid uobis dicat, sanctus, eruditus, & elo-
quens doctor ecclesiae, diuus Hieronymus, in epistolam Pauli ad
Galatas scribens, quemadmodum & Gratianus refert in decre-
tis: Marcion (inquit) & Basilides, & caeterae Haereticorū pestes, nō
habent dei euangelium, quia non habent spm̄ sanctum, sine quo
humanum euangelium non docet. Nec putemus in uerbis scri-
pturarum esse euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in
medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis. Hæc ille.
Reliquum est Neseus, ut te rogem, ne cuiquā posthac ullius in-
me sis imperiosus autor cōtumeliosi libri. Cum ego te antea nul-
lo unquam uerbo aut facto (quod sciam) læserim. Si autē ad me
laccessendum & traducendū ingeniosus aut imperiosus esse per-
rexeris, habeo certe adhuc literas, & tuas & tuorum, ex quibus
& me defendere, & talionem tibi retribuere queam. Rogo uero

E iij

De sono sculite
ra scriptura.

Roma. 7.

Roma. ulti.

1. Cor. 2

Animalis uitus
lus Lut. in l te
ra.

Prouer. 3.

Esaiæ 5.

2. Corint.

Iohan. 6.

Verba Hero.
contra scriptu-
ras Haereticorū.

1. q. 1. c.

Marcion.

Conclusio ad
Neseum.

Ephesi. 4.

te potius, ut si resipiscere neque uelis, neque possis, obstan-
te tibi praua & inquietæ mentis & affectatæ ignorantia cæcitate,
saltem ab iniuriis temperes, ne me inuitum trahas contra te
in harenam. Deus optimus maximus resarciat has Germaniæ
scissuras, & conglutinet uulnera hiantia, ut fiamus iterum unum
corpus (ut antea) & unus spiritus, sicut uocati sumus in una spe
uocationis nostræ, & simus de cætero magis solliciti, seruare uni-
tatem spiritus in uinculo pacis. Amen.

Excusatio autoris ex prouer. uicesimo sexto cap.

Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideat.
Quo casu quaris, eodem respondere iuberis.

Cur uitulo hic potius quàm Lutherò responderim, & iuste & co-
piose rationem reddam, si quando uel Lutherus ipse uel Lutherana-
norum quispiam a me id ex postulauerit.

Oratio Iohan. Cochlæi, ex psalmo xxi.

Circumdederunt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.
Tu autem domine, ne elogaueris auxilium tuum a me, ad defen-
sionem meam conspice.

Erue a framea deus animam meam, & de manu canis unicam meam.
Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ lauda-
bo te.

Francfordiæ a Mœnum, xii. die Aprilis.

Anno millesimo quingentesimo uicesimo tertio.

ANTONII CORNELII LYNNICHANI,
decatostichon ad candidum lectorem.

Difformem taurum domitor restringere Theseus

Alter adest, nullis uiribus inferior.

Hic telis illum callet configere, sacra

Ex pharetra promptis ex fideiq; penu.

Auribus inuitis nequint sufferre boatum

Quem Minotaurum personuisse patet.

Ἄνουσος nimium chelyos male doctus amicæ

Obstreptu temerat dulcia quæq; mele.

Cochlæo gratos bene docto reddere phthongos,

Occentus tauri dissonat horrifoni.

FINIS,

an-
ita-
a te
niæ
um
spe
uni

af.

co-

ra-

ne.

en

m.

ca.

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

la-

15 547 01

n.c



X 220 7095







201.21

Vg
547

8.

ADVERSVS

CVCVLLATVM MINOTAV
rum Vuittenbergensem, Io. Cochlaeus
de sacramentorum gratia, iterum.

Criminationes Lutheri, quibus ex ordine
hic respondetur, particulatim singulis re-
sponsonibus ex industria praetexuimus:
ut aequus iudex, re aequa lance expesa, co-
gnoscat, omni Minotauro non deesse su-
um Thesea.

Anno M. D. XXIII.
mense Iulio.

s. bis.

